Digitized by Google

Arch Bibl:
IV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Arch Bibl:

IV.

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRISTOPHORI SAXI

ONOMASTICON LITERARIVM,

sive

NOMENCLATOR

HISTORICO-CRITICVS

PRAESTANTISSIMORVM OMNIS AETATIS, POPVLI, ARTIVMQ. FORMVLAE SCRIPTORVM,

item

MONVMENTORVM *maxime* ILLVSTRIVM,

AB ORBE CONDITO

vsque ad

SAECVLI, *quod vivimus*, TEMPORA

DIGESTVS,

ET

VERISIMILIBVS, QVANTVM FIERI POTVIT,

ANNORVM NOTIS

ACCOMMODATVS.

PARS TERTIA.

TRAIECTI AD RHENVM.

apud { GISB. TIEM. à PADDENBURG, / ABRAH. à PADDENBURG, / IOH. VAN SCHOONHOVEN, *Viduam*, } Bibliopolas.

MDCCLXXX.

250. e. 155

Digitized by Google

ONOMASTICI LITERARII

PARS TERTIA,

FONTIVM vel INSTAVRATORES

vel INTERPRETES,

hoc eſt,

PRIMARIOS OMNIS ARTIVM ET DOCTRINARVM FORMVLAE SCRIPTORES RECENTIORES,

inde a nouiſſimo

SAECVLI XV^mi anno

vſque ad SAECVLI XVI^mi

Annum quintum & octogeſimum,

cenſos EDENS,

Suisque ſingulos annis, quibus vel primum, vel maxime claruiſſe videntur,

ALLIGANS.

LECTORI

Digitized by Google

LECTORI

Humano, et Erudito

S. D

CHRISTO. SAXIUS.

Poſtquam *ſuperioribus* duabus Partibus *tot annorum ſpatia emenſus ſum, intra quae artium divinarum & humanarum origines, mox ad omnem excellentiam progreſſiones, tum vicinae illis ad corruptelam inclinationes, porro ad inſcitiae libidinem ſumta eruditionis ſimulacra, denique feliciter reſurgentes per Italiam, & alicubi, literae ſe continuerunt: nunc laetus ac lubens ad aliam &* novam aetatis formam *progredior, qua vel optimorum de antiquitate Ebraica, Graeca, & Romana librorum, ex ſitu & puluere revocatorum, inſtauratio, lectio, interpretatio, bonique & pulcri imitatrix ſolertia reviruit, vel, neglectis ſubinde fontibus, riuulorum conſectatio, ambitioſaque ſui doctrinarum Ordinis, &* Terminorum, *quibus hodie gloriamur,* Technicorum *mercibus tortuoſa ſubtilitas proprios ſibi ludos aperuit.*

In toto enim, qui nunc circumagetur, temporum ambitu duplex ſcientiae genus animaduerſum eſt, alterum latiſſime patens, liberale, & excultum literis, alterum quibuscunque vniuerſe philoſophandi legibus adſtrictum, & in diſputationis anguſtias ſeriemque compulſum. Illud *qui ſequuntur, veri nominis* Grammatici, *& rerum humanitatis Magiſtri iure audiunt, in* hoc *qui operam ſtudiumque conſumſerunt,* Δογματικὸς, *hoc eſt,* doctrinarum antiſtites, *haud immerito ap-*

Digitized by Google

pellaueris. Neque tamen, vt sunt mutabiles hominum voluntates, temporumque incitatissimae conuersiones, eadem & constans amborum semper fuit fortuna. Nonnumquam omnia publice sordebant prae flagranti artium Graecarum Romanarumque amore: interdum hae ipsae de gradu suo deiectae spinosis doctrinarum formulis humiliter seruire debuerunt: alio vicissim tempore huius vel illius Ordinis decretorum dialectica compositione, & quasi coagmentatione suggestus Academici, aedium sacrarum tulpita, fora, aegrotantium cubicula resonabant, muta plerumque, inhonorata certe Philologia. Vnde superbis illis alioresque *suas &* sublimiores Facultates *praedicantium, sibique solis res & nuces arrogantissime tribuentium, verborum contra putamina Grammaticis relinquentium, vocibus, nihil vulgatius esse coepit. quasi illae solae in coelo, literae in coeno & sentina essent, aut oratio vnquam sine rationis, sententiarumque subiectarum vsu cogitari posset. Illud vero supercilium saepe iocum, saepe bilem cordatis hominibus mouit, tamquam,* Thomae Reinesio, *viro non minus rei Medicae, quam optimarum artium consultissimo, qui in argumento quodam literarum recondito versatus hanc olim reprehensionem vncinulis includit:* Minucias adpellant magni scilicet isti Facultistae, (v. *Syntagm. Inscript.* ad *Claff.* I. XI p 28.) *A quo fastus & iactantiae morbo an immunis etiamnunc sit aetas nostra, nolo statuere Illorum sit iudicium, qui actuosam de quibuscunque doctrinis etiam vernacule differentium facilitatem in admiratione vulgi esse, operosaeque, & ob id aurae popularis experti literarum sagacitati longissime anteferri de se experiuntur. Meam certe a noui huius, quod aperio, eruditorum hominum velut theatri limine conquestionem abesse iubeo, quod nec efficacis ea quicquam remedii opinionibus, in mores Saeculi versis, allatura, nec tum quidem publice grata futura sit, cum & necessaria foret. Hoc mihi duntaxat indicare sufficerit,* Superiores *illas, quas vocant,* Facultates, *si nihil venusti coloris, vrbanitatis, eruditaeque popularitatis ab ingenio & artibus mutuentur,* (*) *in meras opi-*

(*) *Optimo sane, vt hoc tantum vtar, exemplo & consilio* Johannes Brocus, *ICtus & Philologus Bituricensis*, Nuptias Iurisconsulti & Philologiae *commentus est*, Avarici Biturigum, 1650. 4. *typis renouatas in* Thesauri Meermanniani Tomo IV. p. 756.–768.

Digitized by Google

opificum tabernas, vnde victus & rei familiaris praesidia conquiri solent, degenerare posse; contra eo laetiores vberioresque doctrinarum quarumcunque fundos reperiri, quo maior inter trabales, gracilesue demonstrandi clavos, & communem literarum humanitatem contubernii necessitudo intersit. Inde saltem ratio verisimilis reddi potest, cur nulla paene recentiorum temporum aetas, tot in vniuerso studiorum genere heroës, totque omni liberali doctrina excellenter perpolitas tulerit animas, quam Saeculum post Christi natales sextum & decimum. Isti enim homines tam familiariter Graecis & Latinis fontibus vtebantur, vt nusquam quicquam propemodum tentarent, quod non inde manasse, quod non incorruptum & elegans videri posset, aut quod maximam doctrinarum seueritatem ingenioso apparatus lepore quodam, copia, & suauitate, tamquam condimento, non mitigaret. E quibus initiis hanc simul rationis conclusionem ducere liceat, quicunque reliquorum temporum vsque ad nostram hominum memoriam eamdem, vel similem certe, iudicii integritatem, quasi sanitatem, libris expressérunt, eos proprie in censum literariae ciuitatis Senatorum venire aequum esse, ceteros vero, seu qui assederunt, seu pedarios, seu doctrinarum suarum cancellis inclusos homines nominari, vix eiusdem reipublicae assidui & ingenui alicuius ciuis interesse. Quamobrem hanc etiam legem ipsius, quem frons libri mei praefert, tituli natura mihi imperauit, vt illorum potissimum memoriam recolerem, qui vel in literis & bonis artibus principatum, finitimosque principatui gradus tenuerunt, vel claritatem amplitudinemque literarum ad suam doctrinarum circumscriptionem pulchre accommodarunt, reliquos vero paene exercitus, siue Theologici, *siue* Iuridici, *siue* Medici, *siue* Philosophici Ordinis *nomina vsurpantium, silentio transirem, nisi forte in his nouissimis eminerent nonnulli, qui tamquam sectae suae antesignani nouum doctrinae* Συζυγίας *genus proseminarunt, aut quos, per medias vulgi laudes quasi quadrigis vehentes, transuersa errandi libido incurrit, aut omnis ab eruditione vacuitas plane desipientes & fanaticos reddidit. Quam quidem praetermissionem illam neminem inter cohortis suae operarios homines tanta iniquitate fore spero, vt mihi vitio vertat. Si enim singulorum Ordinum, certique Populi, vrbis, vel oppidi cuiusdam Indicem literarium scribere statutum animo habuissem, eo mihi fortasse dilectu opus non fuisset, sed omnes, quotquot vel con-*

ciones ad populum habuerunt, vel in Academiis docentium perſonam ſuſtinuerunt, vel macilentam aliquam ſui rerum peculii Epitomen in lucem protruſerunt, pleno me ſinu effundere oportuiſſet, atque ſic longe plures & grandiores, quam quos de ſolis Italiae Scriptoribus, (degli Scrittori d'Italia) Johannes Maria Comes Mazzuchellius, Brixiae, 1753. fol. *euulgauit, Codices inutiliter conſarcinari debuiſſent. Quae intemperantia cum infiniti, tum humilis, & abiecti, nihilque ad communium literarum, quas ſolas* Onomaſticon *meum reſpexit, dignitatem profuturi laboris mihi eſſe videbatur. Non enim qui longos* Discurſus, *&* Tractatus, *vt loqui paſſim ſolent, ſecundum* Syſtematum *ſuorum effata architectantur, ſed qui probabiles librorum veterum interpretes, acuti exiſtimatores, ſenſusque pulcri in dicendo & differendo imitatores ſunt, ſemper ab idoneis iudicibus poſteritatis laude & memoria digni fuerunt habiti, qua in cauſa, nec* Taneguidi Fabri, *ad* Scaligerana Prima, *voc.* Auctores. p. m. 20. 21. *adnotatio, nec* Petri Burmanni, *maioris*, Oratio de Artibus Liberalibus, ſolis olim Academiarum & Scholarum ornamentis, hodie vero ex dignitate in infimum locum deiectis, *velim negligatur. Ibi enim Vir quondam ore & calamo promtiſſimus*, p. 246. *Orationum iunctim editarum, ad id, quod hoc loco agitur, apte & congruenter*, ſolae, *inquit*, ſunt interiores li- „ terae, quae immortalitati et aeternae laudi nomina docto- „ rum virorum conſecrare poſſunt. Ferantur, dum viuunt, „ fauſtis populi acclamationibus in coelum, floreant gratia „ Regum et Principum, ingentes pecuniae et opum aceruos „ ex quaeſtuariis artibus adgerant reliquarum diſciplinarum „ antiſtites, omnes ignoti eruditae poſteritati longa et tene- „ broſa nocte prementur, niſi a ſuis aliquando in noſtra cas- „ tra transfugerint, et tetricas et indotatas ſuas artes ſermo- „ nis nitore, vi et copia eloquentiae, et politioris humanita- „ tis ſuavitate ornare et condire condiſcant." rel. — *Sane quemadmodum Aſtrologi in hac coeli immenſitate quinque potiſſimum ſtellas vulgari errantium nomine appellatas, aliaque primae et ſecundae magnitudinis aſtra diligenter ſpeculantur, in reliquorum vero ſiderum innumerabilem multitudinem vix oculos animumque defigunt & intendunt, ſic ab his certe mihi exemplum petenti eos duntaxat, omiſſis proletariis et capite cenſis, commemorare licue-*

Digitized by Google

ſicuerit, qui in ſuo genere eximii, vel eximiis proximi, vel ſtultitia etiam, et credulitate notabiles extiterunt, vt inde ſimul diſcant iuuenes, ad quos inſanientis ſaepe ſapientiae ſcopulos adhaereſcere poſſint, qui Hiſtoriae, Rhetorices, aliarumque bonarum artium rudes ſeria illarum cogitatione & disciplina integram velut animi & mentis valetudinem numquam conformarunt. Multo minus honorum titulos, quibus viri docti in vita ſubinde turgeſcunt, a me neglectos eſſe mirabitur quisquam. Sunt enim haec laudis veſtigia non ad ſempiternam hominum memoriam fixa, ſed ad exigui temporis praedicationem preſſa leuiter: nec ideo quisquam multo melior erit vel Philoſophus, vel ICtus, vel Theologus, vel Medicus, etiamſi Comitum Conſiſtorianorum, Palatinorumue Regis aut Principis ornamenta, tamquam latos clauos, oſtentauerit, aut plurimarum Sodalitatum ſe Membrum (*ſit verbo venia*) *profeſſus ſit, aut alias id genus ad populum phaleras, tamquam hederam, in librorum velut atriis ſuſpenderit.— Praeterea in Familiis & disciplinis Theologorum indicandis caui, ne vernaculam loquendi conſuetudinem imitatus, hos, aliosue, mox* Proteſtantes *pro Anti-pontificiis, mox* Reformatos, *mox* Remonſtrantes, *aut* Contra-Remonſtrantes, *mox* Conformiſtas, *aut* Non-Conformiſtas, *item* Baptiſtas *latine appellando inanes & barbaros, ſine mente, verborum ſonos ederem, verum vt ſinguli ſuis auctorum, quibus aſſenſerunt, non poenitendis adhuc ſub nominibus, huic quaſi Mineruae Peplo intexerentur, curaui.—— Tandem vbi ad hanc meam aetatis memoriam venero, ſi qui forte adhuc viui & ſpirantes praeclaris ſe non immixtos eſſe Achiuis viderint, id quaeſo nulli aut malignitati meae, aut odio tribuant, (amo enim omnes, quotquot cum dialecticis illis cuiuscunque doctrinarum ſcientiae formulis liberalium artium orbem & curricula religioſe copulant,) ſed parem verecundiae cauſam ſubfuiſſe ſibi velim perſuadeant, qualis* Hieronymum *quondam impediit, quo minus quid de* Ambroſio, *Mediolanenſium Epiſcopo, in ſuo* Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo, c. 124. *referret:* Ambroſius, *inquiens*, vſque in praeſentem diem ſcribit: de quo, quia ſupereſt, meum iudicium ſubtraham, ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur, aut veritas. ——

Atque haec habui, quae de ipſo hominum eruditorum cenſu,

a me, non vt censore, sed vt tabularum literariarum haud infidelis forsitan custode, acto, in vniuersum dicerem.

Reliquum est, vt vel accurationis in nominum scriptura obseruandae, vel annorum, quibus quis aut primum, aut maxime, viri memoria digni nomen meruit, vel horum Fastorum vsus, vel molestae illius antiquos cum recentioribus haud raro imperitissime contendentium vanitatis rationem, quantum eius fieri potest, breuissime reddam.

Primum id mihi datum esse negotii existimaui, vt singulorum hominum, qui in literarum regno ius censendi habent, nomina cum praenominibus & cognominibus suis integra ponerentur, neque vernaculorum, duplicis consilii gratia, obliuiscerer. Hoc enim remedio aut Scriptorum & aetatis, quae saepius committitur, perturbationi, aut huiusmodi censorum voculis occurrendum esse putaui, qui adunco hodie naso suspenduut eos, si qui tot superiorum temporum exemplis moti, quicquid asperitatis in hodierni cuiusque populi nominibus et scriptura os latinum ferre non poterat, illud vel leui mutatione, vel de graeco fonte ductis literis emollire conentur. De qua frequenti olim Metonomasia Eruditorum *vtilis est disputatio* Johannis Molleri, Flensburgensis, *in* Homonymoscopiae, Sect. III. c. I.=IV. p. 746.=864. *Ipsius autem in nominibus pingendi ακριβειας quanta in vtramque partem vis sit, vel exempla* Mayerorum, Meyerorum, *et* Meierorum, *item* Schulziorum, Scholziorum, *et* Schultziorum *docent, quorum plerumque nomina similiter cadens in pronunciando vocis sonus permiscet et obscurat, sola vero manus et calamus ambiguitatis errore liberare potest. Vnde non omnino nullam apud harum rerum studiosos gratiam iniisse visus est idem* Mollerus, *cum* Mulleros, Molleros, Milleros, *aliosque similes, ore confundi solitos, scriptionis beneficio sigillatim discerneret in* Appendice *laudatae modo ante* Homonymoscopiae, a p. 932.=956.

Plus vero difficultatis exsorbui in celebritatis cuiusque viri eruditi annis probabiliter definiendis, et approbandis, vbi haud raro in salebris haerenti mihi vel subobscura praeteriti temporis memoria, vel classicorum testium raritas, vel scribentium incuria discordiaue non parum negotii facessiuit, interdum etiam spem apertae et lucidae ratiocinationis interuertit. Quamobrem si eum, quo quis

pri-

primum, vel maxime innotuerat, annum, vt ab initio conſilium meum fuit, non ſemper ad amuſſim et libellam tenuerim, veniam mihi haud, ſpero, denegabit lectorum humanitas. In tanta enim librorum et hominum multitudine quis tam acutum cernere poteſt, vt non alicubi titubet, aut labatur? Interim quantum lectione, monumentorum cum monumentis contentione, et obſeruatione aſſequi poteram, id totum certe, laboris et faſtidii moleſtiam non ſubterfugiens, deſtinata mihi ſententia addixi. Sin nulla mihi ad verum, vel maximum certe veriſimilitudinis gradum, argumenti via pateret, coniectura de natalium et mortis tempore facta qualescunque anni fines, quibus quis credibiliter ingenii fama clarus eſſe potuerat, diuinare et metiri auſus ſum.

Quomodocunque vero ſingulorum aetas, ſeu certis, ſeu opinabilibus ſignis demonſtretur, eius tamen ſcientia haud ſane permagni ad iudicii ſinceri et limati facultatem momenti eſſe deſinit, quandoquidem ſic vnicuique rerum et ſententiarum auctori princeps ſua vel enunciationum, vel inuentorum, vel emendatae, amplificataeque artis laus vindicari, aliorum, contra ſeu eiusdem agri literarii, iam antea culti, velut repaſtinatio, ſeu aſſenſio, nihilque noui apportans imitatio, ſeu repetundarum ſubinde reatus planiſſime intelligi poteſt. Vti enim in excitandis veterum libris et teſtibus grauiter hi peccare ſolent, qui permiſta temporum et hominum auctoritate infimos, ſummos, iuniores, ſeniores, maiorum, minorumque gentium, teſtabiles, inteſtabilesque Scriptores vno ore, quaſi crapulam, exhalant, quam anteſtandi peruerſitatem iam me reprehendere memini in Praefatione *ad* Partem I. p. XII. XL. XLI. *ſic non paulo leuius committunt vitium, qui recentiores in conſilium, et ad partes vocaturi ſine discrimine aetatis, ingenii, praerogatiuae, an tralatitiae, ſententiae, exemplo paſtorum e ſtabulis armenta propellentium, e ſinu ſuo effundere ſolent. Qua ſaepe iudicii imbecillitate nihil intereſſe, quid prius, quid ſecundum, quid accuratius, quid negligentius dictum, quid inutiliter reuocatum, aut aliunde tranſcriptum fuerit, ſe, alioſue, ſcire demonſtrant. Enimuero huius in laudanda hominum eruditorum opera gradus, loci, et temporis incuriae tot etiamnunc nullem in ſcriptis virorum doctorum extarent argumenta, quae facile congerere poſſem, niſi vererer, ne crabrones me irritare voluiſſe viderer. Ita vulgaris illa* Hedae *et* Becae *nomenclatio vel ſeuidoctorum*

obiurgatione et paene comicio explodi meruit. Sic quis ferat, vt alicubi me videre, et legere memini, Vrſatum, Panuinio, *et* Scardeonio, Rodericum Carum, Antonio Auguſtino, Oliverium, Bianchinio, Bertolum, Muratorio *et* Maffeio, Montesquieum Fontanellio, *anteponi. cum hi qui praeire iubentur, aut Saeculo integro, aut non modico annorum ſpatio iis, quibuscum prodeunt, minores fuerunt. Quale ſcribendi cacoëthes maiores poſteris, nepotibus auos, ſuperiores nouis immiscendi et ſuccenturiandi adeo frequens eſt, vt a nonnullis ne ſentiatur quidem, adeoque opinionum, interpretationum, emendationum velut cauſae, traduces, et propagines debita ſaepe luce priventur. Quibus turbis et inordinatae credulitati, ſi has, quae adhuc reſiduae erunt,* duas tresue Faſtorum literariorum Partes *vel modum ſtatuere, vel medelam afferre potuiſſe cognouero, valde laetabor.*

Interea tametſi nouitatis patronos primariorum ſecundariorumue antiquitatis fontium recenſione nauſeam cepiſſe ſuſpicer, eosdem tamen nunc e faſtidio recreatum iri ſpero, cum recentioris aeui Coryphaeos, quos antiquitati opponere poſſint, ſuis expoſitos oculis viderint. Haec enim, quae antea, ſignifero Peralto, *Saeculum infecerat, labes, nondum euanuit, vt qui numquam ſerio veteres inſpexerunt et legerunt libros, eo audacius, et confidentius de veteribus iudicent, eos indigniſſime deprimant, et neſcio cuius interdum fatuitatis, graecarum quippe latinarumque literarum vſu deſtituti, inſimulent; recentiores contra invidendis in coelum laudibus extollant, quaſi ea Grammaticorum inſulſitas ſit, vt veteres ideo, quod antiqui ſint, ampliſſimis honoribus proſequantur, nec in illis paſſim reperiri vltro ipſi fateantur, quibus, niſi in ſingularibus quibusdam memoriae rerum cauſis, particulisque opus eſſet, facile carere poſſemus. At enim, vti in tota illa veterum cum recentioribus, commiſſione, contentioneque multum ſaepe antecapti animo fauoris, puſillae de verbo concertationis, et deſidioſae gloriationis ineſt, ſic haud raro Iliacos intra muros & extra peccari nemo dubitat. Sunt enim, qui veterum ſtudiis delectati recentiores prorſus contemnant: Sunt viciſſim alii, qui ſpretis veterum dictis & inventis, nil niſi noua ex imis velut pulmonibus anhelent, ſimul alieniſſimis a ſua cauſa verbis* Ovidii, *ſupini illius nequitiarum & luxuriae magiſtri,* (III. Art. Amat. 121.) *abutantur:*

Priſca, *inquientes*, iuuent alios: ego me nunc denique natum
Gratulor. —— *Nol-*

Nollem ceteras eiusdem Ovidii, *a ratione fortassis, cur tantopere sibi gratulentur plurimi, non vacua omitterent:*

Haec aetas moribus apta meis.

Sed neutri tamen servant aequitatem, quae veri & recti iudicio maxime propria esse debuerat. Quid enim? Num qui eruditae antiquitatis bona penitus perspecta habent, naturam hominis sic hodie effoetam sumere ausint, vt nihil illis addi, nihil aeque praeclari publice privatimque inueniri, multa subtilius explorari, & definiri non posse opinentur? Immo cum istuc ipsum negantibus inter dicte contenderint, & ex iure manu consertos vocarint naturalium quaestionum, sideralis scientiae, Arithmeticae analyticae, rei nauticae, venarum per corpus mirabiliter diffusarum, ex venis aegrotantium, spirituque futurorum praesensionis, rei herbariae, Medicaeque recentiores magistri. Quicquid enim divini muneris in temporum & rerum diuturnitate vsuque est, id omne profecto in beatissimos Saeculorum nostrorum fundos cadit. Dissimillima vero artium, ingenii viribus, & felici manuum audacia regundorum, tamquam Eloquentiae, Historices, Poëtices, Architectonices, Plastices, Scalpturae, Sculpturae, Caelaturaeue ratio est, in quibus omnibus si recentiores credant se veterum exemplaria quadam pulchritudinis eminentia vicisse, nae facient gloriando, vt post seueriorem vtrorumque operum inter se comparationem suae ipsos iactationis pudere & poenitere oporteat. Quam eamdem mediam iudicandi viam cum diu ante iam optime suaserint haud vulgaris sapientiae Duumviri, Graevius, *&* Fabricius, *ille in* Epistola ad Philippum Rubenium, p. 127.=129. *Praefat. & Epistol. ed.* Fabric. *hic in Prolusione quadam de* Controuersia celebri veteresne recentibus, an priscis nostra aetas palmam ingenii et eruditionis concedere debeat? p. 469.=472. Opusculorum Historico-Critico-Literariorum, *in hoc disceptationis genere pluribus morari nolo.*

Ceterum, quod semel significaui, & promisi me secuturum esse consilium, id nondum deserui, scilicet, vt non tam omnia, quae ad cuiusque vitam, & scripta pertinent, vndecunque coaceruarem, quam vt fontes indicarem, e quibus copiosiora petere & haurire possit harum rerum studiosa iuuentus. Quibus vero haec Chronota-

xis

xis literaria *nimis preſſa & tenuis viſa fuerit, illis nunc non erit arduum, hujusmodi oſſium ſimplicitatem ſplendida philoſophandi pompa, tamquam carne & ſucco, habitiorem efficere. Equidem otioſe, & voluptatis duntaxat fruendae cauſa, ſic legentibus, vt praeter ventoſas quasdam belluli Spiritus nubes nihil in cerebro remaneat, numquam ſubparaſitatus ſum, ſed ad communem literarum veritatem vtilitatemque respicere ſemper mihi volupe fuit.*

Atque ſic, Lector ſubtiliter docte, Vale! mihi fauere perge, tibique perſuade, me reliquas Partes, quanto maximo perſequendarum operarum ſtudio fieri poterit, cum Indice communi in lucem proferre non ceſſaturum eſſe.

Scripſi in Academia Veteris ad Rhenum Traiectus.

d. XV. *Martii.* CIↃ IↃ CCLXXX.

SAECVLI. XV. regnoi Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I. 1493.=1519.	1500.	RAPHAEL Maffeus VOLATERRANVS, Grammaticus, et Hiſtoricus. Nat. 1451.=⊖. 1521. Eius imago in *Boiſſardianis tabulis.* No. LXXXVII. et in duobus numis *Muſei Mazzuchelliani*, Tom. I. Tab. XXIV. n. IV. & Tab. XXV. n. I. ad p. 119. ſeq. v. *Pauli Iovii Elogia.* n. CXVIII. p. m. 260. 261. — *Io. Matthaei Toſcani Peplus Italiae.* L. I. n. XXX. p. 403. — *Voſſius* III. de *Hiſt. Lat.* c. XII. p. 602. — *Jonſius de Scriptor. Hiſtor. Philoſ.* L. III. c. XXI. §. 18. p. 120. — *H. Conringius*, de *Scriptor.* XVI. *poſt C. N. Saeculorum*, *Vratislaviae*, 1727. 4. Saec. XVI. c. V. p. 171. c. n. *Gottlob Krantzii.* (8.) — *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* voc. *Volaterranus.* — *Pope Blount*, *Cenſura Celebrium Auctorum*, *Genevae*, 1710. 4. p. 523. 525. — *Adr. Baillet*, *Jugemens des Savans*, *ſur les principaux Ouvrages des Auteurs*, *Amſterdam*, 1725. 4. Tom. II. p. 135. 136. n. 322. & p. 387. n. 822. — *Schoettgenius* ad *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. VI. p. 142. cum Supplemento *Jo. Dominici Manſii*, p. 52. ed. *Patavin.* — *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. I. p. 105. 106. et Part. II. p. 226. *Catalog. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1413.
	1500.	PETRVS POMPONATIVS, Mantuanus, Philoſophus ſubinde profanus. Nat. 1462.=1526. Effigies eius cernitur in numo *Muſei Mazzu-*

Digitized by Google

SAECVLI XV. reſidui Principibus.	AE. RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*chelliani*, Tom. I. Tab. XXXIX. n. IV. ad p. 173. ſ. v. *Jovii Elogia*, n. LXXI. p. m. 164. 165. — *Jo. Matthaei Toſcani Peplus Italiae*, L. II. n. LXVI. p. 427. 428. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. II. p. 153. c. n. *Krantzii*, (c) *Morhofius*, I. *Polybiſt.* c. VIII. §. 18. p. 73. it. Tom. II. L. I. c. XI. §. 4. *Baelii Lexic. Crit.* voce *Pierre Pomponace.* — *Schoettgenius* ad *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. VI. p. 8. — *Nic. Comnenus Papadopoli Hiſtoria Gymnaſii Patavini*, L. III. Sect. II. c. VIII. n. XLII. p. 300. — *Jac. Bruckeri Hiſtor. Crit. Philoſ.* Tom. IV. Period. III. Part. I. L. II. c. III. §. VII.=X. p. 158.=182. & in *Appendice*, ſ. *Operis* Vol. VI. p. 712. — Cf. *Moshemii Inſtit. Hiſt. Eccleſ.* Saec. XV. Part. II. c. I. §. VI. — *Io. Chriſt. Götzii Memorabilia Biblioth. Dreſdenſis*, Tom. II. Syll. V. p. 413=419. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1526.
	1500.	THOMAS LINACER, Cantabrigienſis, Medicus & Philologus Anglo-Britannus. Nat. 1460.=⊖. 1524. vid. *Voſſius* de *Scientiis Mathematicis.* c. LXV. §. I. p. m. 372. qui eo anno *Procli Sphaeram* ab ipſo editam eſſe commemorat. *Fabricius* contra *Bibl. Gr.* L. V. c. 26. p. 518. Vol. VI. apud *Aldum* A. 1499. Venetiis iam eamdem prodiiſſe ſcribit, quam editionem quoque indicat *Bibliotheca Gockingana*, Fol. p. 17. n. 132. — *Teb. Magiri Eponymo-*

Digitized by Google

SAECVLI XV. reſidui Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*molog.* voc. Thom. *Linacer.* — *Pope-Blount* l. l. p. 534.=536. — *Baillet Jugemens des Savans*, Tom. II. p. 307. n. 646. & p. 388. n. 826. — *Morhofius* IV. *Polybiſt.* c. X. §. 10. — *Schoettgenius*, ad *Fabric. Bibl. Lat. Med.* Tom. VI. p. 716. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1392.
	circa 1500.	*Thomas* DIPLOVATATIVS, Patricius CPolitanus, *Iani Laſcaris* discipulus, ICtus, Philologus, & ICtorum Biographus. ⊖. 1538. vid. *Fabricii Bibl. Graec.* L. V. c. 45. p. 502. Vol. X. & L. VI. c. VI. p. 555. =563. Vol. XII. — *Nicol. Comnenus Papadopoli*, T. II. L. I. c. XII. p. 43. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1207.
	1500.	*Hieronymus* AVANTIVS, vel AVANCIVS, Veronenſis, Philologus, plurium librorum veterum ex Aldi officina prodeuntium emendator, ſaepius audax interpolator. Hoc anno *Lucretius* apud Aldum lucem vidit 4. vid. *Broukhuſius* ad *Propertii* II. El. VII. 76. III. El. IV. 25. & III. El. VII. 16. — *P. Burmannus* in Praefat. *ad Valer. Flaccum* Stell. *** 4. — *Scipio Maffei degli Scrittori Veroneſi, Libro quarto*, p. 153.=155. — Editor *Anthologiae Latinae*, Tom. II. p. 752.
	1500.	*Paulus* CORTESIVS, Dalmata, Protonotarius Apoſtolicus, & Epiſcopus Vrbinas, caſtae latinitatis imitator

Digitized by Google

SAECVLI. XV. reſidui Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		& vindex. Nat. 1465.=Θ. 1510. v. *Robert. Gerius*, in Appendice ad *Gvil. Cave*, *Hiſt. Lit. Script. Eccl.* Vol. II. p. 225. — *Heumanni Via ad Hiſt. Liter.* c. IV. §. XLVII. (m. n.) p. 148. — Cf. *Mosheimii Inſtitut. Hiſtor. Eccl.* Saec. XV. Part. II. c. III. §. X. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1178.
	1500.	*Aulus Janus* PARRHASIUS, ſ. vt ſubinde ſcribitur *Johannes Paulus* de PARISIIS, ſ. PARISIVS, Coſentino-Neapolitanus, *Demetrii Chalcondylae* gener, Rhetor, & Grammaticus. Nat. 1470.=Θ. 1533. Eo anno *Mediolani* edidit *Claudianum de raptu Proſerpinae.* fol. v. *Jovii Elogia* n. CXXVII. p. 270. 271. — *Jo. Matthaei Toſcani Peplus Italiae*, L. III. n. CV. p. 453 454. — *Colomeſii Cimelia literaria.* c. IV. p. 282. ed. Fabricii. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 142. n. 335. — *Bayle Lex. Crit.* voc. *Ianus Parrhaſius.* — *Fabricius Bibl. Lat. Med.* Tom. IV. p. 72. quaedam de *Parrhaſio* relaturum eſſe promiſerat, ſed infra ſuo loco Tom. V. fidem datam non liberauit, neque *Io. Dominic. Manſius* nomen diſſolvit. — Editor *Claudiani Burmanniani* in Praefat. p. XXIII.
	1500.	JOH. BAPTISTA, patria MANTVANVS, vulgari nomine *Spagnoli*, quaſi *Hiſpaniolus*, Theologus Carmelita, Orator, Grammaticus, & car-

Digitized by Google

SAECVLI. XV. reſidui Principibus.	AE RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		carminum Scriptor. Nat. 1448.=☉. 1518. annos LXX. natus. Eius imago ſpectatur in *Boiſſardianis* tabulis. n. VI. v. *Jovii Elogia*, n. LXI. p. 141.=143.— *Lil. Gregor. Gyraldus de Poëtis ſui temporis*, *Dial.* I. p. 534. Oper. — *Jo. Matthaei Toſcani Peplus Italiae*, L. I. n. L.—*Voſſius* III. de *Hiſt. Lat.* c. XI. p. 595. 596. — *Conringius* l. l. Saec. XV. c. V. p. 145. c. n. *Krantzii* (4.) — *Baillet Jugemens*, Tom. IV. p. 34.= 37. n. 1247. — *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* voc. Baptiſta *Mantuanus* Carmelita.—*Henr. Wharton. ad Gvil. Cave*, l. l. Vol. II. p. 238. 239. — *Morhofii Polyhiſtor*, Tom. I. L. VII. c. III. §. 8. p. 1064.—*Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. I. p. 451. cum quodam ſupplemento *Io. Dominici Manſii*, Tom. I. p. 170. ed. Patavinae, vbi ait A. 1458. orationem coram Pontifice habuiſſe quod nemo facile crediderit, niſi ſumat, aut decennem iam puerum declamaſſe, aut in numero anni peccaſſe operas.
	1500.	*Petrus Martyr* ANGLERIUS, Mediolanenſis, Ferdinando, Catholico, Regi Hispaniae, a conſiliis. Hiſtoricus, & Philologus. Nat. 1455.=☉. 1525. circiter. v. *Pauli Iovii Elogia*, n. CXXIV. p. 267. —*Jo. Matthaei Toſcani Peplus*, L. II. n. XCIX. p. 450.—*Voſſius*, III. de *Hiſt. Lat.* c. XII. p. 601. — *Henr. Wharton.* ad *Gvil. Cave*, l. l. Vol. II. p. 239. 240. — *Morhofii Polyhiſt.*

SAECVLI. XV. reſidui Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
		Tom. I. L. I. c. XXIV. §. 48. — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. V. p. 788.
	1500.	Johannes Maria CATANAEVS, Novarienſis, *Plinii* interpres. ⊖ 1529. Eo anno eius commentarius in *Plinium* lucem aſpexit. vid. *Pauli Iovii Elogia*, n. LXXIX. p. 183. =185. — *Lil. Gregor. Gyraldus* de *Poëtis ſui temporis*, Dial. I. p. 540. Oper. — *Io. Matthaei Toſcani Peplus* L. II. n. LXXIV. p. 433. — *Voſſius*, III. de *Hiſt. Lat.* c. XII. p. 612. — C. S. *Schurtzfleiſchii Elogia Scriptorum illuſtrium*, ed. *Godofr. Wageneri*, Witeb. 1729. 8. p. 59. 60. — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. I. p. 1005.=1008.
	1500.	PAULUS AEMILIUS, Veronenſis, rerum Francicarum Scriptor: a *Ludovico* quippe, XII. Rege Franciae, qui imperauit ab A: 1498.=1515. Lutetiam Pariſiorum euocatus, res populi Francici inde a *Pharamundo* vſque ad A. 1488. ſtilo perſecutus eſt. ⊖. 1529. vid. *Pauli Jovii Elogia*, n. CXXXIX. p. 282. — *Jo. Matthaei Toſcani Peplus Italiae*, L. III. n. CXIII. p. 459. — *Voſſius*, L. III. de *Hiſt. Lat.* c. XII. p. 604. ſ. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 173. c. n. *Krantzii* (28.) — *Tob. Magiri Eponymol.* voc. Paulus *Aemilius*. Veronenſis Italus. — *Pope-Blount.* p. 546. 547. — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. I. p. 69. — *Scipio Maf-*

SAECVLI. XV. reſidui Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
		Maffei, *degli Scrittori Veroneſe* L. IV. p. 162. 163. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1009. — *David Clement*, *Bibliotheque Curieuſe Hiſtorique et Critique*, à *Gottingen*, 1750. ſeq. 4. Tom. I. p. 62.=64. (30.)=(34.)
	. . .	*Hieron.* BOLOGNI, ſ. BONONIVS, ICtus, Archaeologus, & carminum Scriptor Tarviſanus. Nat. 1544.=1517. v. *Voſſ.* in Addendis ad *Hiſtoricos Latinos* p. m. 839. 840. — *Giornale de' Litterati.* Tomo II. Suppl. Art. II.
	. . .	*Cornelius* AVRELIVS, Gouda ortus, vnde cognominis eius *Aurelii* ratio haud dubie repetenda eſſe videtur, Canonicus regularis Auguſtiniani ordinis, vnus de praeceptoribus *Erasmi Roterodami*, Hiſtoricus, & Philologus. Eius *Bataviam*, *ſ. de antiquo veroque eius inſulae*, *quam Rhenus in Hollandia facit ſitu*, *deſcriptione & laudibus*, *adverſus Gerard Noviomagum Libros duos: item alia* ſimilis argumenti ſatis demum diu poſtea primus in lucem edidit *Bonaventura Vulcanius*, *Antwerpiae*, *ap. Chriſto. Plantinum*, 1586. 8. ipſumque librum *Jolyus* in *Animadverſionibus Criticis* ad *Lexicon Baelianum*, Paris 1752. fol. voc. *Bonaventura Vulcanius*, rariſſimum vocat. Nihilominus tamen raritatis notam depoſuiſſe videtur, poſtquam a *Petro Scriverio*, *Inferioris Germaniae Provinciarum vnitarum Antiquitatibus* L. B. 1611. 4. a p. 75.=126. illatus eſt. vid.

SAECVLI. XV. reſidui Principibus.	AE. RAE CHR.	PARS TERTIA.
		vid. *Franc. Sweertii Athenae Belgicae.* p. 181. — *Voſſius* III. de *Hiſtor. Lat.* c. X. p. 743. — *P. Scriverius*, in *Tabulario Antiquitatum*, p. 220. vbi *bonum Coenobitam* vocat. — *Jac. Revius*, in *Hiſtoriae Daventrienſis* L. II. p. 143. — *Io. Franc. Foppens Bibliotheca Belgica*, Tom. I. p. 193. — *Fabricius Bibl. Lat. Med.* Tom. I. p. 1209. 1210. ex his, quae commemoraui, emendandus. — *Henr. Cannegieterus* de *Brittenburgo.* c. XIII. p. 133. 134.
	1500.	Albrecht DVRERVS, Geometra, Architectus, & Pictor celebratiſſimus Norimbergenſium. Nat. 1471.=☉. 1528. Quinque eius numos exhibet *Muſeum Mazzuchellianum*, Tom. I. tab. XLI. n. V. VI. et tab. XLII. n. I=III. ad p. 187. 188. vid. *Pantaleonis Proſopograph.* Part. III. p. 145. — *Voſſius*, de Scientiis Mathematicis c. XVI. §. 14. p. 63. ſ. c. XLIX. §. 2. p. 297. et c. LXXI. §. 12. p. 423. *Bayle Dictionaire*, voc. *Albert Durer.* — *Jo. Fabricii Hiſt. Bibl.* Part. V. p. 219. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. I. p. 710. 711. addatur: *Albrecht Dürers, eines der gröſſeſten Meiſtern und Künſtlern ſeiner zeit, Leben, Schriften, und Kunſtwerke, beſchrieben von David Gottfried Schöber, Leipzig 1769.* 8.
	1500.	Johannes FROBENIVS, Hammelburgenſis Francus (vulgo de Hammelburck) Chalcographus Baſileenſis, eru-

Digitized by Google

eruditione & typorum machinis clarus. Superioribus quidem iam annis tamquam A. 1491. et A. 1495. *Biblia Latina cum omnibus Hieronymi Prologis, vtriusque Teſtamenti concordantiis, & interpretione Nominum Hebraeorum* in forma octuplicata exire iuſſit (v. *Bibliothecam Gockinganam* Part. I. p. 61. Octav. n. 4. 5.) vel ſic tamen ab hoc annorum circuitu maius ſibi nomen parauit, curis, ingenio, & induſtria doctiſſimorum hominum *Joh. Reuchlini*, *Deſiderii Erasmi*, *Beati Rheani*, item *Sigismundi Gelenii*, & aliorum, adiutus. ⊙. 1527.

Sic eius poſtea operis a. 1518. *Babrii* vel *Gabriae* fabulas, 8. a. 1520. *Velleium Paterculum* ex recenſione *Beati Rhenani*, cum emendationibus *J. A. Burerii*. fol. item *Panegyricos veteres* ex ejusdem *Rhenani* recognitione. 4. A. 1521. *Heſiodum* graece duntaxat 8. et *Rhetores Latinos veteres* 4. A. 1524. *Euripidis Hecubam & Iphigeniam in Aulide* Graece & Latine 8. alia id genus librorum veterum exempla debemus. Quae vero *Joſephi* operum editio prima graeca Baſil. 1544. fol. apud *Frobenium* facta eſſe dicitur, ea non ad *Iohannem*, ſed fortaſſis *Hieronymum*, Ioh. F. vel eius generum *Nicol. Epiſcopium* pertinet. Eius imaginem exhibet *Joh. Henr. Godofred. Erneſti* in *der wol eingerichteten Buchdruckerey. Nürnberg*, 1727. 4. oblonga forma.

SAECVLI. XV. residui Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
		vid. omnino *Pantaleonis Prosopographia* Part. III. p. 94. 95. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 181. c. n. *Krantzii* (38.) — *Adr. Baillet Jugemens.* Tom. I. p. 210. 211. n. 33. — *Maittaire Annal. Typogr.* Tom. I. p. 221. & Tom. II. p. 2. seq. it. p. 347. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 680. — *Hamberger.* in Limine eius *Notitiae*, Part. I. p. 140. 141. §. 19. *Frobenium* comitetur:
	1500.	PHILIPPUS IUNTA, (vulgo de *Giunta*) Chalcographus Florentinus, cuius editiones veterum librorum in pretio sunt. Eo anno prodire iussit *Orphei Argonautica & Hymnos*, item *Procli Lycii Hymnos graece* in forma quarta. (v. *Biblioth. Gockingana* Part. I. p. 50. n. 83.) A. 1504. in lucem emisit *Corpus Poëtarum*, de quo vid. *Petr. Burmannus*, in Praefat ad *Poëtas Minores*, Stell. 5. pl. 4. in fin. et Stell. 6. Ceterum intra viginti circiter annos constitit eius industriae laus. Ita Anno 1512. *Martialis Epigrammata.* 8. item *Lucretium de rerum natura*, 8. A. 1513. *Gellii Noctes Atticas.* 8. item *Juvenalem & Persium* 8. & *Lactantii Institutiones divinas* 8. A. 1515. *Aristophanis* sacra Cereris celebrantes et Lysistratam, graece. 8. *Ciceronis Accusationes* in *Verrem*, 8. *Quinctiliani Instit. oratorias* 8. *Silium Italicum de bello Punico secundo*, 8. *Svetonium*, 8. A.

Digitized by Google

SAECVLI. XV. residui Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
		A. 1517. *Terentii Comoedias.* 8. *Valerii Flacci Argonautica.* 8. *Plutarchi vitas illuſtrium virorum.* graece fol. vtrumque *Philoſtratum* cum deſcriptionibus *Calliſtrati*, fol. item *Ariſtidis Orationes* graece fol. ſuo vnius nomine promulgauit. Poſtea vel *Bernardo* vel *Benedicto* ſuccedentibus ſaepius hic illeue liber *apud Juntas* typis excuſus eſſe dicitur. v. *Adr. Baillet Jugemens des Imprimeurs*, Tom. I. p. 197. n. 5. Cf. *Hamberger*, in Proluſione *Notitiae Scriptorum* Part. I. §. 16. p. 135.
	1500.	*Matth. Maria* BOIARDVS, (vulgo *Matteo Maria Boiardo*) Comes Scandianus, Praefectus Rhegii, Poëta latinus, ſed praecipue Etruſcus, et quidem ſigillatim Comicus. Edidit quidem *Sonetti e Canzoni in Reggio* 1499. 4. ſed nobilius eſt ejusdem *Carmen Bucolicon*, *Regii*, 1500. 8. euulgatum. *L'Orlando Inamorato* ſerius *Venetiis* lucem vidit. In conſilium omnino vocetur *Davides Clement*, in *Bibliotheque curieuſe Hiſtoriqve et Critique*, Tom. V. p. 1.=12. (1.)=(8.)
	circa 1500.	*Georgius* FLORVS, Mediolanenſis, ICtus, et Hiſtoricus. vid. *P. Burmannus*, V. C. in Praefat. ad *Theſaurum Italiae*, Tom. IX. P. VI. p. (6.) (7.) — *I. A. Fabricii Conſpectus theſauri literarii Italiae.* p. 182. — *David Clement*, *Bibliotheqve*

Digitized by Google

SAECVLI. XV. residui Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
		curieuſe, Tom. VIII. p. 374.=377. (67.)
	. . .	*Philippus* DECIVS, diſcipulus *Jaſonis Mayni*, ICtus Mediolanenſis. Nat. 1454.=1535. vid. *Jovii Elogia*, n. LXXXVIII. p. 207. 208. — *Guido Pancirollus* de *clar. LL. Interpret.* L. II. c. 138. p. 140. — *Marcus Mantua*, p. 459. n. 84. & p. 487. n. 211. — *Joh. Fichardi vitae Iureconſultorum*, p.m.427. ſ. — *Cottae Recenſio Iuris interpretum*, p. 530. — *Henr. Wharton.* ad *Cave*, I. l. Vol. II. p. 245. cum *Anonymi Nota*, in calce Vol. II. p. 9. — *Bayle Dictionaire*, voc. Philippe *Decius.* — *Nic. Comnenus Papadopoli, Hiſt. Gymnaſii Patavini*, L. I. c. VIII. p. 11. inprimis L. II. c. XVIII. p. 241.= 243. — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. II. 52.=54. — *Terraſſon*, *Hiſtoire de la Juriſprudence*, p. 417. 418.
	. . .	ALEXANDER ab ALEXANDRO, (vulgo *Aleſſandro degli Aleſſandri*,) Protonotarius regni Neapolitani, ICtus, & Grammaticus. ⊖. 1523. paulo ante obitum *Dies Geniales* ſcripſit & promulgauit. vid. *Voſſius* III. de *Hiſt. Lat.* c. VIII. p. 549. 550. — *Guido Pancirolus*, *de claris Legum interpretibus.* L. II. c. CXXII. p. 219. — *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* voc. Alexander ab *Alexandro* ICtus. — *Jo. Molleri Homo-*

SAECVLI. XV. residui Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
		monymoſcop. Sect. II. c. VI. §. VIII. p. 534. ſ. — *Baillet Jugemens.* Tom. II. p. 123. n. 312. — *Bayle Lexicon Crit.* voc. Alexander ab Alexandro. — *Io. Alb. Fabricii Bibl. Lat. Med.* T. I. p. 160.=162. & *Bibliogr. Antiqvar.* p. m. 67. — *Io. Fabricius*, in *Hiſtor. Bibl.* Part. VI. p. 245. 246. — *Franc. Dionyſ. Camuſatus* ad *Alfonſi Ciaconii Bibliothecam.* p. 846. 847. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1018. — *David Clement Bibliotheque curieuſe Hiſt. & Crit.* Tom. I. p. 177. (53.) (54.)
	circa 1500.	*Johannes* PINVS, ortu Toloſanus, Rivenſis Epiſcopus, Biographus. vid. *Voſſius*, III. de *Hiſt. Lat.* c. XI. p. 593. — *Robert. Gerius* ad *Gvil. Cave*, l. l. Vol. II. p. 225. — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. V. p. 876.
	. . .	Ab hac aetate non multum remotus eſſe poſſit, qui MARCELLVM PALINGENIVM ſe nominauit, ſive ille *Petrus Angelus* MANZOLIVS, ſiue quis alius fuerit. vid. *Conringius*, l. l. Saec. XV. c. V. p. 145. c. n. *Krantzii* (5.) — *Tob. Magiri Eponymol.* Crit. voc. Marcellus *Palingenius.* — *Adrian. Baillet Jugemens*, Tom. IV. p. 45. 46. n. 1259. — *Bayle Dictionaire* voc. *Marcel Palingenius.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1487. — *Dan.*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*Gerdes Italiae Reformatae Specimen.* Part. II. p. 317.=320.
	1501.	*Americus* VESPVTIVS, (vulgo *Amerigo Vespucci*,) Florentinus, Aſtronomus, Cosmographus, et novi orbis explorator, a quo illarum regionum vniuerſitas, quod nulli regum contigit, *Americae* nomen obtinuit. vid. *Io. Matthaei Toſcani Peplus Italiae*, L. I. n. XLVI. p. 414. 415. — *Voſſius de Scientiis Mathemat.* c. XLII. §. 10. p. 242. f. & III. de *Hiſt. Lat.* c. XII. p. 601. — *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* voc. *Vespucius.* — *Cat. Bibl. Bun.* T. I. Vol. II. p. 1022.
	1501.	*Nicolaus* MARSCHALCVS, ortu Thuringus, vnde THVRIVS cognomine, ICtus, Hiſtoricus, & Philologus Roſtochienſis. ⊖. 1525. v. *Chriſti. Schoettgenii Commentatio de vita Marſchalci, Dresdae* 1733. edita, poſthaec Tomo VI. *Bibliothecae Fabricianae Med. & inf. Latin.* inſerta, a p. 749=763. Cf. *Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1424.
	1502.	*Deſiderius* ERASMUS (antea *Gerardus Gerardi*) Roterodamenſis Batavus, *Alexandri Hegii*, circa A. 1480. clari (de quo *Jac. Revius* in *Daventriae illuſtratae* L. II. p. 129.=131.) & aliorum ſimilium discipulus, hoc, et pluribus dehinc annis clariſſimus Theologus, Philoſophus, inſignisque

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		que Rhetor, & Grammaticus. Eo anno *Catonis Diſticha* edidit. De prima N. T. editione *Erasmiana* A. 1516. et ſubſequentium annorum. v. *Fabric. Bibl. Graec.* L. IV. c. V. §. XVII. p. 185. Vol. III. Nat. 1467.=⊖. 1536. Imago eius praeſto eſt cum e *Boiſſardianis tabulis*, n. LXV. tum *I. F. Foppenſii Bibliotheca Belgica*, loco mox laudando, item duobus numis *Muſei Mazzuchelliani*, Tom. I. Tab. XLV. n. VI. & Tab. XLVI. n. I. ad p. 206.=208. vid. *Pauli Iovii Elogia*, n. XCV. p. 221. =225. — *Franc. Sweertii Athenae Belgicae.* p. 206.=213. — *Pantaleonis Proſopographia*, Part. III. p. 46. =50. — *Conringius* de *Scriptor.* Saec. XVI. c. I. p. 146. c. n. *Krantzii* (a.) & p. 151. — *Jac. Revius*, *Daventriae illuſtratae* L. II. p. 134. 135. — *Tob. Magiri Eponymolog. Crit.* voc. Deſider. *Eraſmus*, Roterodamus. — *Pope-Blount*, p. 526.=531. — *Adr. Baillet Jugemens.* Tom. II. p. 4. 5. n. 57. p. 144.=152. n. 339. p. 307. n 647. p. 389. 390. n. 832. Tom. IV. p. 52. n. 1263. Tom. V. *Enfans celebres*, p. 121. §. 9. — *Baelii Lexicon Criticum*, voce *Didier*, *en Latin Deſiderius Eraſme.* — *C. S. Schurtzfleiſchii Elogia.* p. 10.=16. — *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. I. p. 320. 321. it. p. 359.=375. — *Jo. Franc. Foppens Bibl. Belgica*, Tom. I. p. 231.

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE. RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		231.=239. — *Franc. Dionyſ. Camuſatus* ad *Ciaconii Bibliothecam.* p. 965. =982. — *P. Burmannus*, de quibusdam Eraſmi Biographis & defenſoribus ad *Syllogen Epiſtolarum* Tom. V. p. 270. — *Remarqves de Mr. la Croze*, p. 253. *Hiſtoriae vitae* eius. Part. II.—*Heumanni Via ad Hiſtor. Lit.* c. IV. §. LI. p. 154. (b.) ad cuius verbum *timiditatem* notetur ipſa *Eraſmi Purgatio ad Expoſtulationem Hutteni*, Oper. eius Tom. X. p. 1662. *Prudentis eſt metuere, ne metuas.* — *Jac. Bruckeri Hiſt. Crit. Philoſ.* Tom. IV. Period. III. Part. I. L. II. c. I. §. 4. p. 85. 86. & in *Appendice*, ſ. *integri operis* Volum. VI. p. 694. 695. — *Dan. Gerdes Hiſtoria Reformationis.* Tom. I. §. LXIX. & LXX. p. 146.=152. — *Catalog. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1222.=1226 & Vol. III. p. 2158. — *Vanitatem* plagii, quod in *Coelii Rhodigini Lectionibus* commiſiſſe vulgo dicitur *Erasmus*, recte oſtendit *Frid. Otto Menckenius* in *Criticae Literariae Specimine, Primo*, (*Miſcellan. Lipſienſ. Nov.* Vol. I. Part. I. p. 103.=107.) — *Vie d'Erasme par Mr. de Burigny, à Paris*, 1757. 8. Vol. I. II. — *The Life of Erasmus*, London 1758.=1760. 4. vbi non modo *Erasmi* imago ab *Holbenio* et *Houſtono* elegantiſſime depicta, ſed eiusdem quoque et aliorum illius aetatis hominum eruditorum manus ſingulari imitationis arte & ingenio expreſſae cernuntur. (vid. *Bi-*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*Bibliothecae Gockinganae*, Pars II. p. 37. n. 501. Qvarto.
	1509.	*Martinus* POLLICHIUS, MELLERSTADIUS, a patria Mellerſtadio Franconiae ſic cognominatus, Theologus, & Medicus, *Academiae Witebergenſis* ſub auſpiciis *Friderici*, Septemviri Saxonici conditae, auctor, primusque Rector. ⊖. 1513. v. *Schoettgenius* ad *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. VI. p. 4. 5. cum Supplemento *Jo. Dominic. Manſii*, eod. Tom. p. 3. ed. *Patav.* — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1525.
	1502.	*Franciſcus* XIMENIUS, (vulgo *Ximenez* de *Ciſneros*,) Archiepiſcopus Toletanus, Cardinalis, & literarum per Hispaniam fautor eximius. Ab eo iam anno *Bibliorum Polyglottorum Complutenſium* operi inſudare coepit, quod anno demum 1515. abſolutum necdum editum fuit. Nat. 1457.= ⊖. 1517. ex propinato ipſi veneno. v. *Henr. Wharton*, ad *Cave*, l. l. Vol. II. p. 243. 244. — *Pope-Blount*, p. 525.=526. — *Fabricii Bibl. Graec.* L. III. c. VI. p. 173. & * Vol. II. L. IV. c. V. §. XVII. p. 185. Vol. III. — *Jo. Chriſto. Wolfius* in *Bibl. Hebraeae* Part. II. *Sect.* IV. *Subſect.* II. p. 339.=341. & Vol. IV. p. 100. — *Memoria Ximenii ab Herm. van der Hardt* edita *Helmſtadii*, 1717. 8. — *Schoettgenius* ad *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. VI. p. 915. — *Jo. Burc.*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE. RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		& *Frid. Otton. Menckeniorum Bibliotheca virorum militia & ſcriptis illuſtrium*, n. CCLIV. p. 473. 474. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1709. — Tantam vero, quanta putatur vulgo, Bibliorum Complutenſium auctoritatem eſſe negauit *Wetſtenius*, & ſecundum hunc maxime venerabilis Halenſium Theologus, *Jo. Sal. Semlerus*, cuius iudicio interceſſit Homileta vel potius Concionator Hamburgenſis, *Io. Melchior Götzius*, in libello ſat loquacis tituli: *Vertheydigung der Complutenſiſchen Bibel, inſonderheid des Neuen Teſtaments gegen die Wetſteinſchen, und Semleriſchen Beſchuldigungen, nebſt einem Anhange, in welchen eine völlig unbekant gewordene, in Abſicht auf die Hamburgiſche Reformations Geſchichte aber höchſt merkwürdige Ausgabe des N. Teſtaments Lutheri, welche zu Hamburg* 1523. *in* 8. *in Niederſächſiſcher Sprache an das Licht getreten, beſchrieben wird. Hamburg*, 1765. 8. quam Apologiam etſi ſub examen vocaverat *Semlerus*, V. C. in diligentiori aeſtimatione fidei illorum Bibliorum, (*Genauere Unterſuchung der ſchlechten Beſchaffenheit des zu Alcala gedrukten griechiſchen N. Teſtaments*, &c. *Halle* 1766. 8.) de quibus vtriusque libris vid. *Allgemeine Deutſche Bibliothek*, Tom. IV. Part. I. n. X. p. 113.=152. & Part. II. p. 363.=366. tamen controverſia non prius diremta fuit, *Götzio* iterum, ter-

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		tertium, repugnante, mox *Ausführlichere vertheydigung des Complutenſiſchen Griechiſchen Neuen Teſtaments* &c. Hamburg 1766. 8. mox: *Fortſetzung der ausführlichen Vertheydigung*, & 1769. 8. reponente, quam *J. N. Kieferus* ſuſpiciones *Semlerianas* ſingularibus vindiciis, (*Gerettete Vermuthungen über das Complutenſiſche Neue Teſtament*) ab ipſo *Semlero* emiſſis, Halae, 1770. 8. a plurium telorum iactu liberauerat. De quibus itidem ſcriptis legantur auctores Communis Bibliothecae Germanicae *Allgemeine deutſche Bibliothek.* Tom. V. P. II. p. 4.=12. & Tom. XVI. Part. II. p. 343.=364.
	1502.	*Johannes* MURMELIUS, Ruraemondanus, *Alexandri Hegii* discipulus, Grammaticus & Philoſophus nunc Monaſterienſis, nunc Daventrienſis. ⊖. 1527. Illo anno iam *Deſcriptionem vrbis Monaſterienſis verſu Sapphico* promulgaſſe fertur. vid. *Franc. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 454.=456. — *Pantaleonis Proſopograph.* Part. III. p. 33. — *Jac. Revii Daventriae illuſtratae*, L. II. p. 138.=140. — *Schurtzfleiſchii Elogia.* p. 56. 57. — *Jo. Franc. Foppens Biblioth. Belgica*, Tom. II. p. 700. — *Jo. Burc. & Frid. Otton. Menckenii Bibliotheca virorum militia & ſcriptis illuſtrium* n. CLXV. p. 312.=314. — *Joſeph. Hartzheim Bibliotheca Coloni-*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*nienſis.* p. 189. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1460. — Sententias *Murmelii* maximam partem ex libris Ovidii amatoriis decerptas eſſe iudicat *Gesnerus* ad *Iſagogen* ſuam §. 129. p. 138. Tom. I.
	1502.	IUDOCUS CLICHTOVEUS, Neoportuenſis Flander, Theologus Pontificius, Diaiecticus, et Philologus Pariſienſis, *Lutheri* postea aduerſarius. Hoc anno prodiit eius Introductio & Commentarius in *Ariſtotelis Ethicam* fol. apud *Wolfgangum Hopilium* et *Henr. Stephanum.* ⊖. 1543. vid. *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. IV. p. 507. 508. — *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. I. p. 141. & Part. II. p. 364. 365. — *Io. Fr. Foppens Bibl. Belg.* Tom. II. p. 763.=766. vbi p. 764. auctor eſt, *Commentarium* eius in *Elegantias Auguſtini Dathi* 1512. 4. lucem vidiſſe. De eius vero *Elucidatorio Eccleſiaſtico ad officium Eccleſiae pertinentia planius* exponente, *et quatuor Libros* complectente, *Baſil.* 1517. fol. it. eiusdem *Anti-Luthero, tres Libros* complectente, Coloniae, 1525. 4. vid. *David Clement, Bibliotheqve curieuſe*, Tom. VII. p. 187.—195. (9.)—(11.)
	1502.	HENRICVS STEPHANVS, I. Typographus Pariſienſis e regione Scholae Decretorum, haud dubie parens *Roberti Stephani*, & avus *Henrici Ste-*

SAECVLL. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*Stephani* II. vt demonſtrauit *Theod. Janſſ. ab Almeloveen de vitis Stephanorum* p. 6. 7. Θ. 1520. Hoc iam anno typorum eius machinae libris profuerunt, teſte *Iodoci Clichtovei Commentario*, cuius modo ante memineram. Ad hunc *Henricum Stephanum* ſpectare videntur *Joannis Damaſceni opera Jac. Fabro interprete cum Iodoci Clichtovei Commentario*, Pariſ. 1512. Fol. (*Bibl. Gockingan.* Fol. p. 13. n. 79.) item *Pſalterium Qvintuplex*, *Gallicum*, *Romanum*, *Hebraicum* &c. *Pariſ.* 1513. fol. (v. *Bibl. Gocking.* p. 10. n. 40.) nec non *Theodoretus Epiſcopus Cyrenſis de curatione Graecarum affectionum*, *Zenobio Acciaiolo interprete*, ibid. apud *Henr. Stephanum*, 1519. Fol. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. I. p. 198. n. 7. — *Fabricii Bibl. Graec.* L. VI. c. X. p. 614. ſeq. Vol. XIII. — *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. II. p. 1625. — *Hamberger.* in *Proluſione Notitiae Scriptorum*, Part. I. §. 17. p. 135.
	1502.	Academiae WITEBERGENSIS, ſ. *Leucoreae* incunabula, auctore *Friderico Sapiente*, imperii Germanici Septemviro Saxonico. vid. *Guido Pancirolus* de *Europae Academiis* p. 390. — *Conr. Rittershuſius* in *Catalogo Academiarum Germaniae* ad *Salvianum Maſſilienſem.* Tom. II. — C. A. Heumannus in *Via ad Hiſtor. Lit.* c. IV. §. LIV. (n.) p. 166. 167. & in *Bibliotheca Hiſtorica*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*Academica*, p. 204.=210. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. I. p. 954. =956. — *Bibliotheca Hiſtoriae Literariae Selecta Struvio-Jugleriana*, Tom. III. c. X. §. IV. p. 1945. 1946.
	1503.	*Johannes* STELLA, Venetus, Hiſtoricus, librum *Auguſtalem* de *Imperatoribus Romanis*, ad hunc annum perduxit. vid. *Voſſius* III. de *Hiſt. Lat.* c. XI. p. 593. — *Henr. Wharton.* ad *Cave*, l. l. Vol. II. p. 243. — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. IV. p. 429. 430. — *Jo. Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. V. p. 279.
	1503.	HADRIANVS, Cardinalis S. Chryſogoni, Grammaticus, Rhetor, & verſuum ſcriptor. circa ⊖. 1518. v. *Lil. Gregor. Gyraldus de Poëtis ſuorum temporum*, Dialog. I. p. 536. Tom. II. Oper. — *Tob. Magiri Eponymol.* voc. *Hadrianus* Cardinalis. — *Baelius* in *Lexic. Critic.* voc. *Hadrien. Fabric. Bibl. Lat. Med.* Tom. III. p. 538.=540.
	1503.	HIERONYMVS BVSLIDIVS, (vulgo *Busleyden*,) Arlunenſis Brabantus, ab hoc anno ſupremi Senatus apud Mechlinienſes ſocius, *Collegii Trilinguis Buslidiani* apud Lovanienſes auctor, *Deſiderii Erasmi*, & *Thom. Mori* familiaris. ⊖. 1517. vid. *Baelius* in *Lexico Crit.* voc. *Jerôme Busleiden* — *J. F. Foppens Bi-*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*Biblioth. Belg.* Tom. I. p. 480. 481.
	1503.	JACOBVS FABER, Daventrienſis, *Alexandri Hegii*, et *Fabri Stapulenſis* amicus, Rhetor, & Philologus. Inclareſcere quidem A. 1499. coepit ob *Panegyricum in triumphum Chriſti* illo anno editum. Sed propter *Opuscula Alexandri Hegii*, duabus partibus hoc anno emiſſa, maiorem nominis celebritatem adeptus eſt. vid. *Jac. Revii Daventriae illuſtratae* L. II. p. 140.=143.
	1504.	HERMANNVS BVSCHIVS (vulgo *von den Buſche*,) Paſiphilus, nobilis Saſſenbergenſis e tractu regionis Mindenſis, Philologus Lipſienſis, Collega *Joh. Rhagii Aeſticampiani*, ſed a *Theologaſtris*, qvales tum erant, & Sophiſtis Lipſienſibus cum Collega expulſus. Nat. 1468.=1534. Eius quidem *Buſchii* Epigrammata Coloniae 1498 laudat *Bailletus*, in *Jugemens*, Tom. II. p. 143. ſed certior tamen fama eſt *Lipſicorum*, quae illo anno prodierunt, cuius carminis elegantem notitiam debemus *Friderico Ottoni Menckenio*, in *Miſcell. Lipſ. Nov.* Vol. VII. Part. III. p. 514.=552. item *Silii Italici*, eodem illo anno promulgati, cui addita fuerunt ſingulorum librorum argumenta. vid. Cel. *Drackenborchii* Praefat. ad *Silium*, Stell. 2. pl. 3. vid. *Fr. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 341.

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		341. — *Pantaleonis Prosopogr.* Part. III. p. 101. — *Jac. Revii Daventriae illustratae* L. II. p. 135.=137. — *Baillet Jugemens.* Tom. II. p. 143. n. 337 — *Jac. Burckhardus de Lingvae Latinae fatis*, Tom. I. p. 279. — *Gesnerus* ad *Ijagoges Dialecticam*, §. 1012. p. 338. Tom. II. — *Jo. Aug. Ernesti* in *Oratione Professionis Rhetoricae adeundae causa dicta*, p. 36. 37. *Opusc. Orator.* — *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. II. p. 1124. & Vol. III. p. 2156. — *David Clement*, *Bibl. Curieuse Historique & Critique.* Tom. V. p. 452.=456. (81.) — *Joseph. Hartzheim Biblioth. Colonienſis.* voc. p. 132.
	1504.	*Albertus* KRANZIVS, vel CRANTZIVS, ICtus, & Historicus Hamburgenſis. ⊖. 1517. vid. *Henr. Pantaleonis. Prosopograph.* Part. II. p. 476. 477. *Vossius* III. de *Hist. Lat.* p. 582. — *Conringius*, l. l. Saec. XV. c. V. p. 145. c. n. *Krantzii* (1.) *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* voc. Alb. *Krantzius.* — *Henr. Wharton.* ad *Cave*, l. l. Vol. II. p. 242. 243. — *Baelius* in *Lexico Critico* voc. Albert *Krantz.* — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. I. p. 104. 105. — *Jo. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 37. =39. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1181. 1182.
	1504.	MICHAEL ANGELVS BVONAROTA, ſ. BONAROTVS ſ. BONA-

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		NAROTA (vulgo Italis: *Michel Agnolo*, & Gallo Francis: *Michel Ange*,) Architectus, Pictor, Poëta et Praxiteles Florentinorum. Nat. 1474.=1564. Tres eius numos exhibet *Muſeum Mazzuchellianum*, Tom. I. Tab. LXXIII. n. I.=III. ad p. 337. ſ. v. *Jo. Matth. Toſcani Peplus Italiae*, L. IV. n. CLXXVI. p. 503. 504. — Vita di Michel Agnolo Buonarroti, Pittore, Scultore, Architetto e Gentiluomo Fiorentino pubblicata mentre viveva dal ſuo Scolare *Aſcanio Condivi*. Seconda edizione, corretta ed accreſciuta di varie annotazioni &c. in Firenze 1746. fol. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 709. — Addatur, ſi tanti eſt, *Oratio* mea *de Artium Graecarum Romanarumque iudicio hodie regundo*, p. 86.=91.
	1504.	Pomponius GAVRICVS, Neapolitanus, *Lucae* Frater, Archaeologus, Poëta, & Philologus. ⊖. 1543. v. *Jo. Matth. Toſcani Peplus Italiae*, L. II. n. LXX. p. 430. 431. — Illo ipſo anno prodiit eius liber *de Sculptura, vbi agitur de Symmetriis, de Lineamentis, de Phyſiognomia, de Perſpectiva. de Chimice. de Ectypoſi. de Celatura. eiuſque ſpeciebus. Praeterea de ceteris ſpeciebus ſtatuariae. de Plaſtice. de Proplaſtice* &c. *Florentiae. VIII. Cal. Jan.* MDIIII. 8. vid. omnino *David Clement*, *Bibliotheque*

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE. RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*Curieuſe Hiſtorique et Critiqve*, Tom. IX. p. 88. 89. (40.)
	. . .	RAPHAEL Sanctius VRBINAS (vulgo *Raffaëllo d'Vrbino*) Pictor celeberrimus. Nat. 1483.=1520. Imaginem eius vide in numo *Muſei Mazzuchelliani* Tom. I. Tab. LII. num. I. ad p. 231.
	1505.	*Ambroſius* CALEPINVS, Bergomenſis, Grammaticus & Lexicographus, eo anno *Dictionarium Lingvae Latinae* edidit. ⊖. 1510. vid. *Tob. Magiri Eponymolog. Critic.* voc. Ambroſius *Calepinus*, Bergomenſis, ord. S. Auguſtini. — *Morhofius* IV. *Polyhiſt.* c. IX. §. 9. p. m. 521. 522. Tom. I. — *Adr. Baillet Jugemens*, T. II. *Grammairiens Latins.* p 296 297. (630.) — *Fabric. Bibl. Lat. Med.* Tom. I. p. 886.= 889. — *C. S. Scburtzfleiſchii Elogia.* p. 73. 74. — *Franc. Dionyſ. Camuſatus* ad *A. Ciaconii Bibliothecam.* p. 849. 850.
	1505.	*Franciſcus* ALBERTINVS, ſ. *de Albertinis*, Florentinus, *Angeli Politiani*, & *Chriſto. Landini* diſcipulus, Baſilicae *D. Laurentii* Sacriſta, Hiſtoricus & Archaeologus. Ad *Julium* II. Pontificem Romanum, qui ſedit ab A. 1503.=1513. *de Mirabilibus nouae & veteris vrbis Romae* ſcripſit, a *Grutero* in Theſauro vete-

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		terum Inſcriptionum ſaepe laudatus. vid. *Voſſius* III. de *Hiſt. Lat.* c. IX. p. 601. 602. — *Fabricii Bibl. Latin. Med.* Tom. II. p. 581. cum ſupplemento *Jo. Dominici Manſii*, eod. Tom. p. 193. ed. *Patav.* — *Laur. Mehus*, in Praefat. ad *Ambroſii Trauerſarii Epiſtolas* p. LVII. ſ. — *David. Clement, Bibliotheque Curieuſe Hiſtorique*, Tom. I. p. 120. 121. (50.)=(53.)
	1505.	*Conradus* PEVTINGERVS, Auguſtanus, ICtus, Hiſtoricus, Rhetor, & Philologus. Nat. 1465.=Θ. 1547. Effigiem eius dabit numus Muſei Mazzuchelliani, Tom. I. tab. LVI. n. II. ad p. 252. et *Jo. Georgii Lotteri Hiſtoria vitae atque meritorum Conr. Peutingeri, Lipſiae.* 1729. 4. vid. *Henr. Pantaleonis Proſopograph.* Part. III. p. 29. — *Voſſius* III. de *Hiſt. Lat.* p. 586. — *Tob. Magiri Eponymolog. Crit.* voc. Conradus *Peutingerus*, Senator Auguſtanus. — *Fabricii Bibl. Med. Lat.* Tom. I. p. 1177. 1178. — *Offerhauſii Compend. Hiſt.* IX. XI. §. 13. (k.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1506. *Jac. Georg. de Chaufepié Lex. Nov. Crit.* T. III. voc. Conrad. *Peutinger.*
	1505.	*Michaël* RITIVS, (forte *Ricci*) Patricius Neapolitanus, ICtus, & Hiſtoricus. Eo anno edidit libros III. *de regibus Francorum.* vid. *Voſſius*, III. de *Hiſt. Lat.* c. XI. p. 597. 598. — *Tob. Magirus*, l. l.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		voc. Mich. *Ritius.* — *Baelii Lexicon Criticum* voc. Michel *Ritius.* — *Petr. Burmannus*, in Praefat. ad *Theſ. Sicul.* Volum. I. p. (19.) (20.) — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. V. p. 231. 232. add. eiuſd. *Conſpectus Theſauri Literarii* p. 72.
	1505.	*Guilielmus* ſ. Wilhelmus HEDA, Alfinius, ſ. Alfenus, e vico *Alphen* ortus, aliis Egmundanus, *Maximiliano* Caeſari a conſiliis ſecretioribus, eiuſdemque ſemel atque iterum Legatus, tum *Philippo* II. Auſtriaco, Maximiliani F. Regi Caſtiliae a manu et epiſtolis, ſecundum *P. Scriverium*, in *Tabulario Antiqvit. Batav.* p. 211. Presbyter & Canonicus cum Arnhemenſis, tum Rheno Traiectinus, Chronographus Episcoporum Traiectinorum. ⊖. 1525. *Annales* tamen ſuos non ante A. 1521. adeoque emendatae Chriſtiani cultus diſciplinae tempora confeciſſe videtur. Alioquin ſcribere non potuiſſet in *S. Willibrordo* p. 27. ed. *Buchel. ſicuti et hodie (proh dolor!) Lutheriana tabe non eſt immunis.* vid. *Fr. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 309 — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. III. p. 440. — *J. F. Foppens Biblioth. Belgica* Tom. I. p. 405. 406. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1304.
	1505.	Academia VRATISLAVIENSIS, a *Vladislao*, Hungariae & Boiohemiae rege

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		rege condita, labente tempore deserta, donec huius Saeculi XVIII. anno secundo vires resumeret et sub nomine LEOPOLDINAE renouaretur. vid. *Guido Pancirolus* de *Clar. LL. Interpret.* L. IV. c. IV. p. 391. — *Heumanni Bibliotheca Historica Academica* p. 203.
	1506.	Andreas NAVGERIVS (vulgo *Navagero*,) Patricius Venetus, Rhetor, Historicus, Philologus & carminum Scriptor. Eo anno Bibliothecarius & Historiographus Venetorum creatus est. Nat. 1483.=⊖. 1529. Eius iconem offerunt *Boissardianae* picturae, Tab. LXI. vid. *Jovii Elogia*, n. LXXVIII. p. 180. =183. — *Lil. Gregorius Gyraldus* de *Poëtis sui temporis*, Dial. I. p. 537. Oper. — *J. M. Toscani Peplus Italiae*, L. II. n. LXXII. p. 432. — *Adr. Baillet Jugemens*, Tom. IV. p. 57. 58. n. 1271. — *Morhofii* L. IV. *Polyhist.* c. XI. §. 13. p. 861. & c. XIII. §. 11. p. 901. Tom. I. — *Schurtzfleischii Elogia*, p. 57. 58. — *Franc. Dionys. Camusatus* ad *Ciaconii Bibliothecam*, p. 861. — *Jo. Antonius Vulpius* vitae eius memoriam dedit in opusculis eius Patavii 1718. 4. — Incerti auctoris Anglo-Britanni, fortassis *Joh. Jortinii*, *Observationes in quaedam Naugerii Epigrammata*, cum inspersis subinde A. et B.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		i. e. *Burmani* et *Dorvilii* gloſſis in *Miscellaneis Obſervationibus* Vol. II. Tom. II. p. 208.=214.
	. . .	Benedictus Curtius CHAMPERIVS (vulgo *Champier*) SYMPHORIANUS, Philoſophus rerum naturalium, Medicus & Philologus Lugdunenſis, Medicorum aliquot veterum interpres, cuius varia opuſcula prodierunt *Lugduni*, 1506. 4. Ibi legitur *Jodoci Badii Aſcenſii Hexaſtichon in laudem Domini Simphoriani Champerii:* *Vt natura novas mortalibus explicet arteis* *Ingenia occoepit fingere multiiuga* *Tum Pallas, formes, ait, vnum Simphorianum:* *Vnus enim omnis homo Simphorianus erit.* *Nam Jovis et Phoebi ſimul et meus ille ſacerdos* *Ter magnum Hermetem ſupprimet ingenio.* Et *Gondiſalvus Toledo, electus regius Lugdunenſis*, in fine Epiſtolae ad *Symphorianum* ſcriptae, quae illius *de claris Medicis* libellum comitatur, haec ſubiunxit: *Vale mi Champeri (hic enim Campus eſt, a quo Champerium nomen accepiſti) et me ama, quod mutuo facies. Lugduni XVII. Januarii Anno CCCCCVI.* Θ. 1539. vel 1540. vid.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		vid. *Tob. Magiri Eponymolog. Crit.* voc. *Symphorianus.* — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1148. — *Alb. Haller Bibl. Botan.* L. III. n. CCV. p. 246. 247. Tom. I.
	1506.	Matthias MICHOVIVS f. a MICHOV, Presbyter & Medicus Cracovienſis, Hiſtoricus. ⊖. 1523. vid. *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. V. p. 169.
	1506.	Academiae FRANCOFVRTANAE ad Viadrum, vel VIADRINAE annus natalis, auctore *Joachimo* I. imperii Germanici Septemviro *Brandenburgico.* vid. *Guido Pancirolus*, de *claris LL. interpretibus*, L. IV. c. III. p. 390. — *Conr. Rittershuſius*, in Praefat. ad *Salvianum.* — *Heumanni Bibliotheca Hiſtorica Academica*, p. 51.=53. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 931. 932. et *Bibliotheca Hiſtoriae Literariae Selecta Struvio Jugleriana*, Tom. III. c. X. §. II. p. 1919. 1920.
	1507.	Lucius Joannes SCOPPA, f. SCOPA, Neapolitanus, Criticus, argumento ſubſcriptionis eius Collectaneorum p. 894. *Gruteri Facis Criticae*, Tom. I. ⊖. 1543. vid. *Baillet*, *Jugemens*, Tom. II. p. 153. n. 342. & p. 368. n. 649.
	circa 1507.	*Johannes* PFEFFERKORN f. *Pipericornus*, antea Judaeus, proprioque no-

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		nomine *Joſeph*, poſtea Anti Judaeus acerrimus, & fanaticus librorum omnium Ebraeorum hoſtis. Conſpiratione cum *Jac. Hoogſtratano*, Colonienſi, et cum Dominicanis Academiae Lovanienſis & Pariſienſis facta, poenas dedit *Joh. Reuchlino*, in *Speculo oculari*. vid. *Henr. Spondanus* in *Annalium Eccleſiaſticorum Baronii Continuatione* ad A. 1510. XIV. & XV. qui tamen hunc *Pfefferkornium* cum alio eiusdem nominis perditiſſime nequam Judaeo, qui ad ſpeciem ſumta Chriſtiani hominis perſona, fraude, praeſtigiis, & veneficiis circa idem tempus graſſatus fuerat, male confudit. — add. *Joſeph. Hartzheim* in *Bibliotheca Colonienſi*, voc. p. 192.=194.
	1508.	Johannes CVSPINIANVS, (vulgo *Spieshammer*,) Sweinfurtenſis Franco, Hiſtoricus Viennenſis. ⊖. 1529. v. *Pantaleonis Proſopograph.* Part. III. p. 11. 12. — *Voſſius*, III. de *Hiſt. Lat.* c. X. p. 585. ſ. — *Conringius* de *Scriptor.* Saec. XVI. c. V. p. 169. c. n. *Krantzii* (a.) — *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* voc. Joh. *Cuspinianus*, ſive Spieshammer. — *Mart. Hanckius*, *de Romanarum rerum Scriptor.* L. II. P. I. c. 16. p. 126.=132. — *Pope-Blount.* p. 538.=540. — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. I. p. 1247=1251. — *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. III. p. 76. 77. — *Nic. Com-*

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*Comneni Papadopoli Hiſtor. Cymn. Patavin.* Tom. II. L. II. c. XIV. n. LVIII. p. 190. 191. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1189.
	1508.	HELIUS EOBANUS HESSUS, Poëta & Hiſtoricus mox Erfordienſis, mox Marburgenſis. Nat. 1488. =⊖. 1540.
		Hoc anno admodum iuuenis carmen ſcripſit *de Amantium infelicitate contra Venerem* ſub hoc titulo: *Eobani Heſſi Francobergii, de Amantium infoelicitate contra Venerem de Cupidinis impotentia & verſu & ſoluta oratione opuſculum Erphordienſe.* in fine: *Transformatum eſt hoc opus Impenſis Eobani Anno poſt communis Chriſtianorum Dei natalem DDDVIII.* (h. e. 1508.) *Erphordie, ad Divi Severi* &c. in 4. Anno vero fatali *Iliadem Homeri* carmine latino redditam, vulgauit, dicauitque *Gasparis Scheti, Corvini*, Patricii Antwerpiani nomini, *Baſileae*, 1540. 4. Eius iconem exhibet *Boiſſardus* Tab. CI.
		vid. *Pantaleonis Proſopograph.* Part. III. p. 219. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 179. c. n. *Krantzii* (20.) *Tob. Magiri Eponymolog. Crit.* voc. Helius *Eobanus* Heſſus. — *Morhofius* l. *Polyh.* c. XIX. §. 35. p. 223. & c. 24. §. 18. p. 290. 291. Tom. I. — *Baillet Jugemens*, Tom. IV. p. 56. 57. n. 1270. — *Heumanni Vid ad Hiſtor. Liter.* c. IV. §. LVI. p.

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		171. (xx.) — *David Clement*, *Bibliotheque Curieuſe*, Tom. VIII. p. 38.=64. (24.)=(35.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1315. — *Alb. Haller*, *Bibl. Botan.* L. IV. §. 225. p. 260. Tom. I.
	1508.	*Johannes Franciscus* PICVS, *Mirandulae* & Concordiae Comes, *Johannis* illius, (de quo Part. II. p. 500.) fratris filius, Orator, Philologus, carminum Scriptor, & Philoſophus. interfectus A. 1533. vid. *Jovii Elogia*, n. LXXXVI. p. 202.=204. — *Matth. Toſcani Peplus Italiae*, L. II. n. LXXXIII. p. 439. — *Voſſius*, III. de *Hiſt. Lat.* c. XI. p. 592. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. I. p. 149. 150. c. n. *Krantzii* (3.) — *Tob. Magiri Eponymolog. Crit.* voc. Joh. Franc. Picus, Comes *Mirandulae*. — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. IV. p. 341.=344. cum ſupplemento *Jo. Dom. Manſii*, eod. Tomo, p. 119. ed. *Patav.* — *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. III. p. 202.=206. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1512.
	. . .	Hercules STROZZA, Titi Vespaſiani Fil. poëta. v. *Baillet Jugemens.* Tom. IV. p. 21. n. 1229. — *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. II. p. 1630.
	1509.	Benedictus IOVIVS, (vulgari dialecto: *Giovio*,) Novocomenſis, *Pau-*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*li Jovii*, de quo infra, frater natu maior, Hiſtoricus, Archaeologus, & carminum Scriptor. vid. *Pauli Jovii Elogia*, n. CVI. p. 247. =249. — *Joh. Matth. Toſcani Peplus Ital.* L. III. n. CXVII. p. 461. — *Petr. Burmannus*, in Praefat. ad *Theſauri Italiae* Tomum IV. p. (9.) =(13.) — *Franc. Dionyſ. Camuſatus* ad *Ciaconii Bibliothecam.* p. 906. 907.
	. . .	Johannes MAIOR, Hadingtonienſis Scotus, Philoſophus Scholaſticus & Hiſtoricus. Nat. 1478.=Θ. 1540. Eo anno prodiit eius Commentarius in qvartum Sententiarum Ariſtotelis. vid. *Voſſius*, III. de *Hiſt. Lat.* c. XIII. p. 615. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. I. p. 149. c. n. *Krantzii* (z.) — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. IV. p. 283.
	1510.	BEATUS RHENANVS, al. *Bildius*, Seleſtadienſis, Theologus, Philologus, et Hiſtoricus. Nat. 1485. =Θ. 1547. Eo anno iam edidit vitam *Joannis Geileri*, Theologi Argentoratenſis, teſte *Voſſio*, III. de *Hiſt. Lat.* c. X. p. 586. Eius icon cernitur in *Boiſſardianis* Tab. LXIII. vid. *Pantaleonis Proſopograph.* Part. III. p. 122.=124. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 169. 170. c. n. *Krantzii* (d.) — *Tob. Magiri Epo-*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE. RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*nymol. Crit.* voc. *Rhenanus.* — *Pope-Blount.* p. 594.=596. — *Adr. Baillet, Jugemens.* Tom. II. p. 157. 158. n. 352. — *Franc. Dionyſ. Camuſatus*, ad *Ciaconii Bibliothecam*, p. 906. — *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. I. p. 160. 161. — *Arnold. Drackenborchius*, Vir. Cel. de eius in *Livium* meritis, in Praefat. ad Lectorem, Tom. VII. Livii p. XXXI.=XXXV. — *Dan. Gerdes, Hiſtor. Reformat.* Tom. I. n. LXXXI. p. 193.=195. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1556.
	1510.	*Marcus* MARVLVS, ſ. MARVLLVS, Patricius Spalatenſis, Hiſtoricus, Archaeologus, et carminum Scriptor. eo anno *Regum Dalmatiae & Croatiae geſta* edidiſſe dicitur. v. *Baelii Lexicon Crit.* voc. Marc *Marule.* — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. V. p. 138. cum ſupplemento *Jo. Domin. Manſii*, eod. Tom. p. 46. qui iam A. 1506. ab eo librum *de Inſtitutione bene viuendi*, Venetiis, in 8. promulgatum eſſe adnotauit. — Eius haud dubie *Maruli* Epigramma eſt, quod *Natalis Comes* L. IV. *Mythолog.* c. XIV. laudauit.
	. . .	*Martinus* DORPIVS, Naeldvicano-Batavus, *Deſiderii* Erasmi amicus, Theologus, Philologus & Archaeologus Lovanienſis, ſive, vt *P. Scriverio* describitur, *Theologus & non infelix, vt captus eorum temporum erat*,

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*erat*, *Poëta*, in *Tabulario Antiquit. Batavic.* p. 213. 214. Illo anno orationem *de laudibus Ariſtotelis* adverſus L. *Vallam* emiſit. ⊖. 1523. in flore aetatis. vid. *Lil. Gregor. Gyraldus* de *Poëtis ſuorum temporum. Dial.* II. p. 559. *Oper.* — *Franc. Sweertii Athenae Belgicae.* p. 528. — *Pantaleonis Proſopograph.* Part. III. p. 68. — *Fabricii Bibl. Lat.* L. I. c. I. p. 6. Tom. II. (g.) & *Bibl. Lat. Med.* Tom. II. p. 185.=187. — *J. F. Foppens Bibl. Belgic.* Tom. II. p. 852. 853.
	1510.	*Eraſmus* STELLA, (vulgo: Stüler,) *Libanotanus*, ſ. Lipſienſis, Conſul Cygnaeenſis, Medicus & Hiſtoricus. Hoc anno prodierunt eius *Antiquitates Boruſſiae.* Baſileae 4. ⊖. 1521. vid *Voſſius*, III. de *Hiſt. Lat.* c. X. p. 583. 584. — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. II. p. 315.=317. — *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. II. p. 1624. — *De origine, vetuſtate, appellatione, & regionibus Tubantinorum, Cygnaeorum, Liböthangrum, Miſnenſium, nec non Molbii fluminis deſcriptione per Eraſmum Stellam (alias Stüler) artium liberalium & Med. Doct. tunc temporis Proconſulem & Phyſicum Cygneae*, liber ſcriptus fuit olim in Bibliotheca *Jo. Burcardi Menckenii.* v. Eius *Catalogum* p. 822. — *Erasmus Stella und deſſen nun erſt ans Licht tredende Commentarii*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*rii de rebus ac populis orae inter Albim & Salam Germaniae flumina Erasmi Stellae, Libanothani*, leguntur in viri pereximii *Gotthold Ephraim Leſſingii zur Geſchichte und Litteratur aus den Schätzen der Hertzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel, Zweyten Beytrag*, n. XIV. a p. 447.= 515.
	1510.	Johannes CAMERS, Minorita, i. e. Franciſcanae ſodalitatis ſacerdos & Philologus, eo anno *Viennae* forma quarta edidit *Claudianum.* v. Editor *Claudiani Burmaniani*, in Praefat. p. XXIII. A. vero 1518. Baſileae fol. *Florum* prodire iuſſit, de qua vid. *C. A. Duckerus* V. C. in Praefat ad *Florum*, Stell. 1. pl. 3. & 4. Addatur *David Clement*, *Bibliotheqve Curieuſe*, Tom. VI. p. 146. (87.)
	circa 1510.	*Leonardus* VINCIVS, Florentinus, Pictor, Architectus, & Mechanicus. ⊖. 1520. Eius imaginem exhibet numus *Muſei Mazzuchelliani*, Tom. I. Tab. XXXIX. n. II. ad p. 171. 172. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 713. — *Trattato della Pittura di Leon. da Vinci, colla ſua vita ſcritta da Raff. du Freſne, Parigi*, 1751. fol. c. fig.
	. . .	*Petrus* COLVMNA, *Galatinus*, Philoſophus & Theologus Romanus. ⊖. poſt 1532.

v.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		v. *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. III. p. 10.=14. — *David Clement*, *Bibliotheqve Curieuſe Hiſtoriqve & Critiqve*, Tom. IX. p. 25.=30. (10.) (11.)
	circa 1510.	*Conradus* GOCLENIVS, Mangerichuſano-Weſtphalus, Philologus in Collegio trilingui *Buſlidiano Lovanienſium*, & amicus *Erasmi*. Nat. 1455.=⊖. 1539. vid. *Fr. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 179. 180. — *I. F. Foppens Bibl. Belg.* Tom. I. p. 189. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1274.
	circa 1510.	His annorum finibus ſe circumſcribi patietur REINERVS SNOYVS, Gouda-Batavus, Medicus & Hiſtoricus, quamquam eius *Paraphraſis perſpicua in omnes Davidis Prophetae Pſalmos* demum *Antwerpiae*, 1542. lucem vidit. Aequalis ſaltem fuerit neceſſe eſt *Cornelii Aurelii*, quoniam is *Bataviam* ſuam ad *Reinerum Snoyum* miſit. ⊖. 1537. vid. *Fr. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 653. 654. — *J. F. Foppens Bibl. Belgic.* Tom. II. p. 1061. 1062. — *Henr. Cannegieterus*, V. C. de *Brittenburgo*. c. XIII. p. 134.
	circa 1510.	Johannes DESPAVTERIVS, Ninovienſis Flander, Grammaticus, & Lexicographus. ⊖. forte 1520. vid. *Adr. Baillet Jugemens des Grammairiens Artiſtes*, Tom. II. p. 305. 306.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		306. n. 644. cum adnotat. *Monetae.*— *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom II. p. 67. 68. — *Jo. Franc. Foppens Bibl. Belgica*, Tom. II. p. 627. 628. — *David Clement, Bibliotheque Curieuſe.* Tom. VII. p. 405.=407. (9.)
	circa 1510.	*Theodoricus* DE BORNE, Typographus Daventrienſis. v. *Jac. Revii Daventriae Illuſtrat.* L. II. p. 192. ſ.
	1511.	ORTWINVS GRATIVS, (vulgo: à *Graes*,) Monaſterienſis, aliis Daventrienſis, ideo, quod ſub haud poenitendo magiſtro, *Alexandro Hegio*, bonarum ibi artium tirocinium poſuit. Praecipuus de magiſtris virorum obſcurorum, Hiſtoricus rerum Chriſtianarum Colonienſis. Eo anno librum edidit, cui titulus: *Criticomaſtix Peregrinationis Petri Ravennatis*, *Lugdun.* 1511. ⊖. 1542. vid. *Franc. Sweertii Athenae Belgicae.* p. 589.—*Jac. Revii Daventriae illuſtr.* L. II. p. 133. 134. — *Heumanni Via ad Hiſt. Lit.* c. IV. §. LIII. p. 161. (d.) — *J. F. Foppens Bibl. Belg.* Tom. II. p. 935. 936. — *David Clement, Biblioth. Curieuſe*, Tom. VIII. p. 241.=249. (13.)
	1511.	Daniel BOMBERGIVS, Typographus Ebraeus. vid. *Fabricii Notit. Typograph.* in *Bibl. Lat.* T. I. p. 886. & Tom. III. p. 899. vel edit. *Lipſienſis* Tom. III. p. 549.

VA-

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.	1512.	VARINVS PHAVORINVS, vel FAVORINVS, Camers, alioquin *Guarinus Camers*, *Angeli Politiani*, & *Johannis Lascaris* discipulus, Lexicographus graecus, ab eo anno Bibliothecae Mediceae Praefectus. Lexicon vero eius graecum prodiit demum Romae, 1523. fol. (v. *Biblioth. Gotkingan.* Fol p. 29. n. 271.) ⊖. 1537. vid. *Adr. Baillet Jugemens.* Tom. II. p. 320. n. 678. — *Morhofius*, IV. *Polyhist.* c. VIII. §. 2. 806. 807. Tom. I. — *Fabricii Bibl. Graec.* L. IV. c. XL. p. 69.=72. Vol. X. — *Nic. Comneni Papadopoli Histor. Gymnasii Patavini*, Tom. II. L. II. c. XV. §. LXI. p. 192. 193. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1509.
	1512.	ARSENIVS, patria Cretensis, *Michaëlis Apostolii* F. Monembasiae in Peloponneso Episcopus, Grammaticus, circa hoc tempus et postea vsque ad A. 1535. clarus. v. *Fabricii Bibl. Graec.* L. V. c. XXX. p. 838. Vol. VIII. it. L. V. c. LXIII. p. 222. (a.) & L. V. c. XLV. p. 491. Vol. X. — *Baelii Lexicon Criticum*, Tom. I. voc. *Arsenius*, Archevêqve de Monembasia. — *Humphred. Hodius*, de *Graecis illustribus*, L. II. c. 9. p. 318. — *Christ. Frid. Boernerus*, *de doctis hominibus graecis*, p. 155. — *David Clement*, *Bibliotheqve Curieuse Historique et Critiqve*, Tom. II. p. 147. (40.)

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE. RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.	1512.	Rudolphus AGRICOLA, minor, Rhaetus, Poëta laureatus. v. *Franc. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 664. 665. — *Schoettgenius* ad *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. VI. p. 364.
	1512.	*Joachimus* VADIANVS, nobili gente *von Watt* ortus, Sangallenſis Helvetius, Conſul, orator, Poëta, Geographus, & Medicus eiusdem vrbis. Eo anno clarum fuiſſe approbat ſubſcriptio Epiſtolae *Vadiani* ad *Rudolphum Agricolam*, iuniorem, Rhaetum, quae extat in calce *Commentariorum* eius in *Pomponium Melam*, edit. *Henric. Petrinae*, 1557. fol. p. 280. Nat. 1484.=⊖. 1551. vid. *Pantaleon. Proſopograph.* Part. III. p. 171. — *Voſſius*, de *Scientiis Mathemat.* c. XLIV. §. 3. p. 252. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. IV. p. 167. c. n. *Krantzii* (a.) *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* voc. Ioach. *Vadianus.* — *Morhofius*, I. *Polyh.* c. XXII. §. 16. p. 261. Tom. I. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 158. n. 353. — *Joh. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. III. p. 5. 6. — *Nic. Comneni Papadopoli Hiſtor. Gymnaſii Patav.* Tom. II. L. II. c. XVI. n. LXX. p. 198. — *Dan. Gerdes*, *Hiſtor. Reformat.* Tom. II. ad A. 1526. p. 324.=327. vbi quoque eius imago. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1663. 1664. — *Götzii Memorabilia Bibl.* Tom. II. Syll. IV. p. 300.

Hie-

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.	1512.	*Hieronymus* EMSERVS, Theologus pontificius, sive Dresenensis, siue Lipsiensis, acerrimus dein Lutheri hostis. Eo anno vitam Divi Bennonis Episcopi Misnensis, Lipsiae edidit in fol. Nat. 1477.=⊖. 1527. vid. *Jo. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 231. 232. & Part. VI. p. 386. 387. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1218.
	. . .	*Jacobus* ZIEGLERVS, Landshuto-Bavarus, Theologus, Philologus, & Mathematicus. Eo anno Libros V. *aduersus Waldenses*, *Lipsiae* in fol. foras prodire iussit. ⊖. 1549. vid. *Pauli Jovii Elogia*, n. CXXXVIII. p. 281. *Pantaleonis Prosopograph.* Part. III. p. 227. — *Vossius*, de *Scientiis Mathematicis* c. XLIV. §. 14. p. 255. & c. LXV. §. 17. p. 377. — *Baelii Lexicon Criticum* T. IV. voc. Jacqves *Ziegler*. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1712.
	1512.	*Bilibaldus*, vel *Wilibaldus* PIRCKHEIMERUS, s. PIRKEYMHERUS, Patricius, & Senator Norimbergensis, ICtus, *Maximiliano* I. Augusto a consiliis, Historicus & Philologus. Eo iam anno legationibus patriae suae profuit. Nat. 1470.=⊖. 1530. Numum eius habet *Museum Mazzuchellianum* Tom. I. tab. LII. n. V. ad p. 233. s. Non pulchriorem quoque

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE. RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		eius imaginem noui, quam quae eleganti *Alb. Dureri*, *Pirckheimeri* familiaris, manu picta, radioque scripta ante eius Opera, a *Melchiore Goldasto Haiminsfeldio* digesta, Francof. 1610. fol. cernitur· vid. *Pantaleonis Prosopogr.* Part. III. p. 60. — *Vossius* de *Scientiis Mathem.* c. XLIV. §. 8. p. 253. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 169. c. n. *Krantzii* (b.) — *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* voc. Bilibaldus *Pirckheimerus*. — *Adr. Baillet*, *Jugemens.* Tom. II. p. 388. n. 830. — *Jo. Fabricii Hist. Bibl.* Part. I. p. 153. — *Nic. Comneni Papadopoli Histor. Gymn. Patavini*, Tom. II. L. II. c. XV. n. LXIII. p. 193. 194. — *Jo. Burc.* & *Frid. Otton. Menckeniorum Bibliotheca virorum mililia & scriptis illustrium*, n. CLXXXV. p. 340.=344. — *Dan. Gerdes Histor. Reformat.* Tom. I. §. LXXIV. LXXV. p. 167.=172. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1515.
	1512.	*Henricus Loritus* GLAREANVS, sive *Glaronensis* Helvetius, *Desiderii Erasmi* discipulus, Historicus, Philologus, & carminum scriptor Friburgensis. Hoc iam anno in pretio esse coepit, lauro quippe poëtica & annulo donatus a *Maximiliano* AVG. Nat. 1488.=o. 1563. vid. *Pantaleonis Prosopograph.* Part. III. p. 127. 128. — *Vossius*, de *Scient. Mathem.* c. XXII. §. 12. p. 96. c. XLIV.

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		XLIV. §. 10. p. 254. & c. LXXI. §. 13. p. 423. 424. — *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* voc. Henricus *Glareanus.* — *Mart. Hanckius*, de *Scriptoribus Rerum Romanarum*, c. 55. p. 216. =218. & L. II. P. II. c. 55. p. 351. =353. — *Pope-Blount*, p. 584. 585. — *Baillet*, *Jugemens*, Tom. II. p. 164. 165. n. 367. — *Jo. Fabricii Hiſt. Bibl.* Part. III. p. 62. 63. — *P. Burmanus*, V. C. in Praef. ad *Ovidium* ** 3. & 4. — *Arn. Drackenborchius* de eius in *Livium* meritis, in Praefatione ad Lectorem, p. XXXVII. =XL. — *Hartzheim. Bibl. Colonienſis*, p. 124.
	1512.	*Georgius* SPALATINVS, a ſolo natali *Spalt*, Episcopatus Eichſtedenſis, ſic cognominatus, Theologus, & Hiſtoricus Saxonicus. Hoc anno edidit *Chronicon Saxoniae* i. e. *Chronica und Herkunft der Churfürſten und Fürſten aus dem Hauſe Sachſen*, quaternis. (v. *Catal. Menckenianus*, p. 398.) Nat. 1482. =⊖. 1545. vid. *Pantaleonis Proſopograph.* Part. III. p. 72. — *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. VI. p. 472. 473. — *Dan. Gerdes*, *Hiſtor. Reformat.* Tom. I. §. C. p. 237. =240. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1618.
	1513.	*Johannes* LEO, AFRICANVS, proprie Granatenſis Hispanus, primum Muhamedanus, tum Chriſtianus, poſtea iterum Muhamedanus, Me-

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		dicorum & Philoſophum Arabum Biographus. vid. *Voſſius*, III. de *Hiſt. Lat.* c. XII. p. 605. — *Jonſius* de *Scriptoribus Hiſtor. Philoſ.* L. III. c. XXII. p. 124. — *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* voc. *Leo* Afer. — *Jo. Alb. Fabricii Bibl. Graec.* L. VI. c. IX. p. 259.=298. Vol. XIII. it. *Bibl. Lat. Med. Aet.* Tom. IV. p. 273. 274. — Cf. *Alb. Haller*, *Biblioth. Botan.* L. IV. §. 232. p. 264. ſ. Tom. I.
	1513.	LEO X, gentilitio & proprio nomine *Joannes Medices*, *Laurentii F. Vrbani*, Bellunenſis, eximii tum Grammatici, (de quo *Bailletus* in *Iudiciis* ſuis Tom. II. p. 328. n. 697. cum *Monetae* adnotatione) discipulus, ab hoc anno Pontifex M. literarum & literatorum hominum fautor. Eius facultas ſubitos profundendi verſus apparet ex *Pauli Jovii* Elogiis, ſub nomine *Camillus Quernus*, Archipoëta. n. LXXXII. p. 190.=192. vid. *Jo. Matthaei Toſcani Peplus Italiae*, L. I. n. XLVIII. p. 416. — *Henr. Wharton.* ad *Cave*, l. l. Vol. II. p. 247. 248. — *Baelii Lexicon Crit.* Tom. III. voc. *Leon* X. — *Fabricii Bibl. Med.* Tom. IV. p. 765.=767. — *Heumanni Via ad Hiſtor. Lit.* c. IV. §. LIV. p. 167. 168. (p.) — *Dan. Gerdeſii Hiſtor. Reformat.* Tom. I. p. 66.=76. — *Catal. Bibl. Bun.*

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*Bun.* Tom. III. Vol. I. p. 461. 462.
	. . .	PETRVS BEMBVS, nobilis Venetus, Cardinalis, Rhetor, Hiſtoricus, & Grammaticus. Nat. 1470. =⊖. 1547.
		Eius iconem *Boiſſardianae* imagines Tab. LXVIII. et quatuor numi *Muſei Mazzuchelliani*, Tom. I. Tab. LVII. n. I.=IV. ad p. 257. ſ. offerunt.
		vid. *Lil. Gregor. Gyraldus de Poëtis ſui temporis*, *Dial.* I. p. 529. Oper. — *Jo. Matthaei Toſcani Peplus Ital.* L. III. n. CXX. p. 462. 463. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 172. c. n. *Krantzii* (13.) — *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* voc. Petrus *Bembus*, Venetus, Cardinalis. — *Pope-Blount.* p. 554.=557. — *Morhofius*, I. *Polyh.* c. 19. §. 46. p. 225. & c. 23. §. 38. p. 278. Tom. I. — *Adr. Baillet*, *Jugemens*, Tom. II. p. 157. n. 350. p. 366. n. 770. Tom. IV. p. 66. 67. n. 1281. *Enfans Celebres.* Tom. V. Jugemens, p. 40. 41. n. 38. — *Baelius*, in *Lexico Crit.* Tom. I. voc. Pierre *Bembus.* — *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. III. p. 78.=80. & p. 438. 439. — *Petr. Burmannus* in Praefatione ad *Theſaur. Ital.* Tom. IV. p. (21.)=(24.) et in Oratione *pro Litteratoribus et Grammaticis* p. 367. ſ. Orationum eius iunctim editarum. — *Götzii memorabilia Bibl. Dreſenenſis*, Tom. II. Sect. III. p. 274. ſ. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1075. — *David Clement*, *Bibliothe-*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*theqve curieuſe*, Tom. III. p. 105.=120. (80.)=(101.
	1512.	*Marcellus* PALONIVS, Patricius Romanus, & carminum Scriptor. vid. *Voſſius* de *Hiſtor. Lat.* in ſupplem. p. m. 832. *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. V. p. 65.
	1512.	*Auguſtinus* JVSTINIANVS, Genuenſis, Episcopus Nebienſis Corſicae, Hiſtoricus, & Philologus. Nat. 1470.=Θ. 1536. v. *Paul. Jovii Elogia*, n. CXXX. p. 275. 276. — *Jo. Matthaei Toſcani Peplus Italiae*, L. III. n. CVIII. p. 456. — *Voſſius*, III. de *Hiſt. Lat.* c. XII. p 609. f. — *Thom. Teniſonii Acceſſiones* ad *Hiſtor. Liter. Cavei* in calce Vol. II. p. 12. — *Baelii Lexic. Critic.* Tom. II. voc. Auguſtin *Juſtiniami.* — *Fabricii Bibl. Lat Med.* Tom. IV. p. 610=614. — *Le Long*, *Diſcours Hiſtoriqves ſur les Bibles Polyglottes*, *Pariſ.* 1713. 8. p. 34. — *Jo. Fabricii Hiſt. Bibl.* Part. I. p. 340. — De *Octaplo Pſalterii Auguſtini Juſtiniani*, *Genuenſis*, *Praedicatorii ordinis Episcopi Nebienſis. Genuae*, 1516. fol. *Jo. Frid. Hirts*, *Bibliotheca Orientalis & Exegetica*, Part. I. n. II. p. 23.=30.
	1513.	*Romulus* AMASAEVS, Vtinenſis, Rhetor, & Grammaticus, mox Bononienſis, mox Patavinus, mox Romanus, cum eius patre *Gregorio*, (de quo

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE. RAE. CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		quo Part. II. p. 524.) non confundendus. Hoc anno *Panegyricum Georgio Sauromanno, Bononienſis Gymnaſiarchatus inſignia ſuſcipienti* dixiſſe fertur. Θ. circa 1552. ante Annum certe 1555. vid. *Jo. Matthaei Toſcani Peplus Italiae*, L. III. n. CXXX. p. 471. 472. — *Adr. Baillet, Jugemens.* Tom. II. p. 395. n. 842. qui mortuum eſſe putat A. 1558. — *Baelii Lexicon Criticum.* Tom. I. voc. Romulus *Amaſëus.* — *Nic. Comneni Papadopoli Hiſtor. Gymnaſii Patavini.* Tom. I. L. III. Sect. II. c. XI. n. LVI. 310. 311. — *Schoettgen.* ad *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. VI. p. 352. cum ſupplemento *Jo. Domin. Manſii*, ibid p. 124. ed. *Patav.* — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1020. — Cf. *David Clement, Bibliotheqve Curieuſe*, Tom. I. p. 253. (6.)
	1513.	*Andreas* FVLVIVS, Praeneſtinus, Archaeologus, et Hiſtoricus, hoc anno libros II. de *vrbis Romae antiquitatibus* epico carminis genere ſcripſit, et edidit, *Romae* per *Jacobum Mazochium* in 4. vid. *Voſſius*, III. de *Hiſt. Lat.* c. XII. p. 609. — *Mart. Hanckius* de *Scriptor. rerum Roman.* L. II. Part. I. c. XV. p. 125. 126. — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. II. p. 677. 678. — *Gerdes Florilegium Librorum rariorum* p. 130. 131. — *Frid. Gotth. Freytag Analecta Literaria* p. 355. 356.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.	. . .	Zenobius ACCIAIOLVS, Florentinus, *Leoni* X. Pontifici M. a bibliotheca. ⊖. 1520. vid. *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* voc. Zenobius *Acciaiolus.* — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. I. p. 8. cum ſupplemento *Jo. Dominici Manſii*, eod. Tom. p. 4. — *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. I. p. 93. qui tamen clarum fuiſſe A. 1536. perperam ſcripſit.
	. . .	Nicolaus MACHIAVELLVS, Florentinus, Hiſtoricus, prudentiae ciuilis non fideliſſimus magiſter, ſermonis contra etruſci probatiſſimus auctor. Quo anno obierit 1527. an 1531. vel ſerius, dubium. Eius imago extat in *Boiſſardianis Icon.* n. CXLI. vid. *Jovii Elogia.* n. LXXXVII. p. 205. =207. — *Jo. Matthaei Toſcani Peplus Ital.* L. II. n. LXXXIV. p. 440. 441. — *Tob. Magiri Eponymol. Critic.* voc. Nicol. *Machiavellus*, Florentinus. — *Morhofius* I. *Polyhiſt.* c. 16. §. 22. p. 175. c. 19. §. 28. p. 222. L. VII. c. I. §. 9. p. 1012. Tom. I. — *Baelii Lex. Crit.* T. III. voc. Nicolas *Machiavel.* — *Heumanni Via* ad *Hiſtor. Liter.* c. VI. §. XXXIII. p. 374. 375. (*u.*) — *Jac. Bruckeri Hiſtor. Crit. Philoſ.* Tom. V. Period. III. Part. II. L. II. c. V. §. V. =VII. p. 784. =791. & in *Appendice* ſ. *integri Operis* Volum. VI. p. 944. =947. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1412. — add. *Anti-*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*Anti Machiavel, ou Eſſai de Critique ſur le Prince de Machiavel publié par Mr. de Voltaire, à la Haye* 1740. 8. cui libro gallo-francico incertus auctor batavum oppoſuit, huius tituli: *Machiavel Republicain tegens den Anti-Machiavel verdedigt. Utrecht*, 1741. 8. ſed ita cum pulviſculo omnia abraſit *Chriſtio*, viro eruditiſſimo, vt manifeſti tum crimine plagii teneretur.
	1513.	Chriſtophorus LONGOLIVS, Mechlinienſis, *Petri Bembi* amicus, Orator & Philoſophus Patavinus. Nat. 1490.=Θ. 1522. vid. *Jovii Elogia*, n. LXVII. p. m. 155. 158. — *Franc. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 176. 177. — *Pantaleonis Proſopograph.* Part. III. p. 54.=56. — *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* voc. Chriſtoph. *Longolius.* — *Baillet Jugemens* Tom. II. p. 139. n. 327. *Enfans Celebres* Tom. V. p. 33.=35. n. 31. — *Jo. Molleri Homonymoſcop.* Sect. II. c. VI. §. 70. p. 692. — *Nic. Comneni Papadopoli Hiſtor. Gymnaſii Patavini*, Tom. II. L. I. c. X. n. LXVII. p. 36. 37. — *J. Fr. Foppens Bibl. Belgica*, Tom. I. p. 178.=180. vbi eius Icon. — *Jo. Burc. & Frid. Otton. Menckeniorum Bibliotheca Virorum milit. & ſcript. illuſtr.* n. CXXXVII. p. 270.=272. — *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. II. p. 1400. 1401. — *F. G. Freytag Analect. Literar.* p. 540. vbi laudat *Orationem*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		eius *de laudibus D. Ludovici, Francorum regis, Parisiis*, ap. *H. Stephanum* 1510. 4. editam.
	1513.	Ab hoc anno, nec paucis sequentibus, *Daventriae* studiis literarum promouendis operam praestitit *Albertus* PAFRAET, typographus. v. *Jac. Revii Daventriae illustratae*, L. II. p. 195.=197.
	1514.	*Ambrosius* LEO, Medicus, & Historicus Nolanus. v. *Vossius*, III. de *Hist. Lat.* c. XII. p. m. 608. — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. IV. p. 774.
	. . .	Camillus QVERNVS, Monopolitanus, subitus versificator, vnde *Archipoëta*, *Leoni* X. Pontifici Romano admodum gratus. v. *Paul. Jovius*, in *Elogiis virorum doctorum*, n. LXXXII. p. m. 190 = 193. — *Jo. Matthaei Toscani Peplus Italiae*, L. II. n. LXXVIII. p. 436. ed. *Fabric.*
	1514.	Guilielmus BVDAEVS, Parisiensis, ICtus, *Francisci* I. regis Franciae amicus, & supplicum libellorum magister, auctor Bibliothecae regiae Parisiensis, Archaeologus, et Philologus egregius. Hoc ipso anno edidit *de Asse & partibus eius libros quinque*, in *Chalcographia Ascensiana*, 1514. fol. Tum elegantissimo de *Philologia* libro, insignique facundia

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		dia cauſam literarum apud regem egit. Porro *Commentarios linguae Graecae* primum, Pariſ. 1529. fol. apud *Robert. Stephanum* prodire iuſſit, repetitos deinceps, *Baſil.* 1530. fol. iterum, *Pariſ.* 1548. fol. atque iterum, *Baſil.* 1556. et tandem in eius Operibus, *Baſileae*, 1557. fol. quatuor codicibus. Nat. 1467. =Θ. 1540.
		Icon eius in *Boiſſardianis.* Tab. LIII. vid. *Jovii Elogia*, n. XCVII. p. 227. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. III. p. 155. c. n. *Krantzii* (h.) — *Tob. Magiri Eponymol. Crit.* in voc. Gvil. *Budaeus*, ICtus. — *Pope-Blount.* p. 565.=569. — *Morhofius*, I. *Polyhiſt.* c. I. §. 20. p. m. 7. Tom. I. — *Baillet*, *Jugemens* Tom. II. p. 153. n. 343. p. 320. n. 679. inprimis p. 328.=334. n. 698. p. 390. n. 824. — *Baelii Lexicon Criticum*, Tom. I. voc. Gvillaume *Budé.* — *Schurtzfleiſchii Elogia.* p. 6.=8. — *Jo. Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. III. p. 253.=256. — *Heumanni Via ad Hiſt. Lit.* c. IV. §. 53. p. 161. (ee.) — *Dan. Gerdes*, *Hiſtor. Reformat.* Tom. I. §. LXXVIII. p. 181.=186. — *Offerhauſ. Comp.* IX. XI. §. 12. (h.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1116. 1117. — *David Clement*, *Bibliotheque Curieuſe*, Tom. V. p. 374.=389. (35.)=(41.)
	1514.	Cum *Budaeo* ſimilis ingenii et elegantiae per Anglo-Britanniam ſocietur heros literarius: G 3 *Tho-*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE. RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*Thomas* MORVS, (vulgari dialecto : *More*,) Londinenſis, Scriba regis, Rhetor, Hiſtoricus & Poëta. Hoc anno lucem vidit *Lucianus* ab eo pariter atque *Eraſmo* latine redditus. Nat. 1480.=Θ. 1536. quo anno eum *Henricus* VIII. Rex capite plecti iuſſit. Eius icon in *Boiſſardianis* Tab. L. vid. *Pauli Jovii Elogia*, n. LXXXIX. p. 209. 210. — *Voſſius*, III. de *Hiſt. Lat.* c. XIII. p. 614. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. I. p. 150. c. n. *Krantzii*, (12.) — *Tob. Magiri Eponymolog. Crit.* voc. Thomas *Morus*, Londinenſis. — *Pope Blount.* p. 561. =565. — *Adr. Baillet*, *Jugemens.* Tom. II. p. 144. n. 338. p. 389. n. 831. Tom. IV. p. 50. n. 1261. — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. V. p. 269=271. — *Heumanni Via ad Hiſt. Liter.* c. IV. § LIII. p. 165. (*) — *Dan. Gerdes Hiſtor. Reformat.* Tom. I. §. LXXVII. p. 177.=181. — *Offerhauſ. Comp.* IX. XI. §. 12. (f.) — — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1454. 1455. — *Jac. Georg. de Chaufepié Novum Lexicon Crit.* Tom. III. voc. Thomas *More*. — Mirabile nonnullis videri poſſit, hominem tam perfectum in dicendo & perpolitum extare potuiſſe illo tempore, quo corruptus adhuc literarum ſenſus in nobilitatis & ſacerdotum per Anglo Britanniam animis penitus inſederat. Cuius ſummi ſtuporis & iudicii paupertatis neſcio an

Digitized by Google

Maximiliano I.

an vllum maius argumentum afferri possit, quam hoc ipsum exemplum. Vir aliquando nobilis a *Thoma Moro* petierat, vt in honorem cognati sui *Abyngdonii*, artis Musicae consultissimi hominis, versus, sepulcro eius incidendos, scriberet, cuius voluntati obsecutus hoc eleganti Epigrammate memoriam nominis eius celebrauit:

Attrahat hic oculos, aures attraxerat olim
Nobilis Henricus *cantor* Abyngdonius.
Vnus erat, nuper mira qui voce sonaret,
Organa qui scite tangeret, vnus erat.
Vellensis primo templi decus, inde sacellum
Rex illo voluit nobilitare suum.
Nec illum Regi rapuit Deus, intulit astris
Ipsis, vt noua sit gloria coelitibus.

Id vero nec rogatori, nec eius, qui aderant, familiaribus vllo modo placebat. Aliud itaque ad consuetudinem vulgaris tum barbariei concinnandum erat, hac formula:

Hic iacet Henricus, *semper pietatis amicus,*
Nomen Abyngdon *erat, si quis sua nomina quaerat:*
Wellis hic Ecclesia fuerat succentor in alma,
Regis et in bella cantor fuit ipse capella,

Mi-

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		*Millibus in mille cantor fuit optimus ille,* *Praeter et haec iſta, fuit optimus Orgaque-niſta.* *Nunc igitur Chriſte, quoniam tibi ſerviit iſte* *Semper in orbe ſoli, da ſibi regna poli:* Idque tumulo inſcriptum omnium ſuffragia & plauſus tulit. Quam tamen nobilis illius iudicis ſtultitiam novi Epigrammatis ſale perfricuit: In Janum, heredem Abyngdonii. *Scripſi elegum carmen*, Jano *me herede rogante*, *Quod tumulum* Henrici *ſignet* Abyngdonii: *Displicet, & doctis bene displicuiſſet, at illi* *Displicet hoc tantum, ſi quid ineſt melius.* *Non reſonant iſti verſus, ait, illico ſenſi* *Quales lactucas talia labra petant.* *Ridendos ergo ridens effutio verſus* *Hos vorat applaudens* Janus *vtraque manu* *Hos tumulo inſculpſit, ſub eumdem protinus abdi,* *Atque iisdem dignus verſibus ipſe legi.* *Ante retroque bifrons* Janus *Deus omnia vidit,* *Talpa effrons vidit hic* Janus *vtrumque nihil.* vid.

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		vid. *Adam. Tribbechovius de doctoribus Scholaſticis*, c. VI. p. 335. 336. ed. Jenenſis 1719. 8. et *Opera Thomae Mori* p. 27. ed. Lond.
	1514.	*Johannes* WERNERVS, Norimbergenſis, Mathematicus, Aſtrologus & Geographus. Nat. 1468.=⊖. 1528. v. *Voſſius* de *Scientiis Mathem.* c. XXXVI. §. I. p. 185. & c. XLIV. §. 6. p. 252. — *Montucla Hiſt. Matheſeos*, Tom. I. Part. III. L. III. §. 3. p. 469. & L. IV. §. II. p. 505.
	1514.	*Johannes* ECKIVS, gente Suevus, e vico ipſi cognomine *Eck*, Theologus Pontificius, Ingolſtadienſis, grauis poſtea *Lutheri* adverſarius. Hoc anno edidit *Chryſopaſſum*, ſeu *de Praedeſtinatione* librum *Auguſtae Vindelicorum*, fol. mox A. 1519. *Diſputationes III. cum A. Caroloſtadio & M. Luthero*, Lipſiae 4. Nat. 1486. =⊖. 1543. vid. *Pantaleonis Proſopograph.* Part. III. p. 110.=116. — *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. IV. p. 205. — *Offerhauſii Compend. Hiſtor.* IX. XI. §. 12. (m.) — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1214. — Eius icon & vita reperitur in Viri Clariſſimi *Joh. Matthi. Schroekh*, *Abbildungen und Lebensbeſchreibungen berühmter Gelehrten*, *Part. I. Faſcic.* I. n. III. p. 23.=30.
	1514.	IDSARDUS GRAVIVS, gente Friſius,

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		ſius, *Chronici Friſiae* ab A. 1263.= 1514. Auctor. vid. *Voſſius* III. de *Hiſt. Lat.* c. X. p. 585.— *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. IV. p. 82. 83. — *J. F. Foppens Biblioth. Belgic.* Tom. I. p. 552.
	1514.	*Academia* EBORACENSIS, ſ. *Eborenſis*, auctore *Henrico*, Cardinali Luſitaniae. v. *Heumanni Bibliotheca Hiſtorica Academica* p. 47. — *Bibliotheca Hiſtoriae Literariae Selecta Struvio-Jugleriana*, Tom. III. c. X. §. II. p. 1918.
	1515.	FRANCISCVS. I. ab hoc anno Rex Franciae, Princeps literarum et literatorum hominum ſtudioſus. v. *Tob. Magiri Eponymolog.* crit. voc. *Franciſcus* I. Rex Gall.—*Baelii Lexic. Crit.* Tom. II. voc. *François* I. Roi de France. — *Heumanni Via* ad *Hiſtor. Lit.* c. IV. §. LII. p. 157. (g.) — *David Clement*, *Bibliotheque Curieuſe*. Tom. VIII. p. 451.= 453. Not. (6.)
	1515.	*Bernardus* JVNTA, Florentinus, eo anno primus edidit Θεσμοφοριαζούσας et Λυσιστράτην *Ariſtophanis*, Florentiae. v. *Tib. Hemſterhuſii*, viri ſummi, Praefat. ad *Ariſtophan. Plutum*, p. XIX. & *Frid. Gotthilf Freytagii Analecta literaria* de *libris rarioribus*, Lipſ. 1750. 8. p. 49. ſ.
	1515.	Paulus RICIVS, aliis minus bene RIC-

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		RICCIVS, gente Germanus, facris primum Judaeus, tum Chriſtianus, Philologus Ebraeus, & Archiater *Maximiliani* I. AVG. vid. *Baelii Lexic. Crit.* Tom. IV. voc. Paul. *Ricius.* — *Jo. Chriſto. Wolfii Bibliothecae Hebraeae*, Tom. I. n. 1817. p. 966. 967. et Vol. III. eod. numero p. 915.=919. — *Schoettgenius*, ad *Fabricii Bibl. Lat. Med.* Tom. VI. p. 255.
	1515.	*Gerhardus Eobanus* GELDENHAVERVS, ſ. GELDENHAVRIVS, alio nomine: GERARDVS NOVIOMAGVS, primum *Philippo Burgundo*, Epiſcopo Rheno-Traiectino a ſacris, tum, repudiata ſacrorum pontificiorum diſciplina, formulae *Lutheranae* aſſecla, Hiſtoricus, Grammaticus, & Biographus ipſius *Philippi a Burgundia*, mox Rheno-Traiectinus, mox Lovanienſis, mox Marburgenſis. Hoc iam anno edidit *Satiras VIII. a Martino Dorpio* probatas, teſte *Foppensio*, in *Bibl. Belgica.* T. I. p. 349. 350. — Epiſtolam de *Zeelandis* ſcripſit *Lovanii*, v. Sylloge *Antiquitatum Batavicarum Scriverii* p. 141. — In Lucubratiunculae de Batavorum inſula praefatione *ad G. N. Nicolaum*, *Buſcoducenſem*, ſcripta, *Doreſtadi*, 1520. ſe vocat *Gerardum Noviomagum*, Caroli Maximi Caeſaris a ſacris. — *Vita Philippi Burgundi* extat apud *Anton. Matthaeum*, *Analectorum* To

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Maximiliano I.		mo I. p. 142.=229. ⊖. 1542. vid. *Franc. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 279. f. — *Pantaleonis Prosopograph.* Part. III. p. 166. — Jo. Isaaci Pontani Epistola ad Lambertum Goris, in Anton. Matthaei Sylloge Epistolar. L. p. 142. 143. — *Vossius* III. de *Hist. Lat.* c. X. p. 587. — *Baelii Lexicon Criticum*, Tom. II. voc. (Gerard) *Geldenhaur.* — *J. F. Foppens*, *Bibl. Belgic.* l. l. — *Dan. Gerdes*, *Histor. Reformationis* Tom. III. p. 41. (a.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1265. — *Joseph. Hartzheim Biblioth. Colonienſ.* p. 190. — *Gerardi Eobani Geldenhaurii Epistola ad Ecclesiae Emdanae ministros cum prolegomenis E. F. Harckenrothii, & Theodori Hasaei*, in *Bibliotheca Bremenſi*, Tom. V. Class. V. Fascic. II. n. VIII. p. 316. seq. vbi nonnulla de *Geldenhaurii* vita.
	1515.	Jacobus Lupus STVNICA, (vulgo *Didaco Lopez de Zuniga*,) Salmanticenſis, Theologus & Philologus. ⊖. 1530. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 156. n. 347. — *Jo. Fabricii Histor. Bibl.* Part. I. p. 335.
	1515.	COMPLVTENSIS *Academia* condi coepta esse videtur, auctore *Francisco Ximenio*, Archiepiscopo Toletano, et Cardinali. v. *Guido Pancirolus*, de *claris LL. interpretibus*, L. IV. c. VI. p. 393. qui

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE RAE CHR.	PARS TERTIA.
	1544.	*Antonius* du MOVLIN, Matisconen- sis Burgundus, Philosophus, & li- brorum veterum interpres Franci- cus, hoc anno *Epicteti Enchiridion* francice vertit, & edidit. v. *Papillon*, *Bibliotheque des Auteurs de* *Bourgogne*, Tom. II. p. 99.=101.
	1544.	*Guilielmus* PHILANDER, (vulgo *Philandrier*,) a solo natali Gallo- Francico *Castilionius*, Philologus, hoc anno *Adnotationes* suas in *Vitru-* *vium Romae*, 8. promulgauit. Nat. 1505.=⊖. 1565. Iconem eius offerunt *Boissardianae Ta-* bulae, n. LX. vid. *Vossius* de *Scientiis Mathematic.* c. XLIX. §. 13. p. 300. — *Conringius* l. l. Saec. XVI. c. II. p. 165. c. n. *Krantzii* (o.) — *Baillet Jugemens* Tom. II. p. 163. n. 363. — *Cren.* *Animadv. Philolog.* Part. VIII. p.

Digitized by Google

SAECVLI XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		42. — *Papillon*, *Bibliotheqve des Auteurs de Bourgogne*, Tom. II. p. 148. =151. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1509.
	1544.	*Johannes* CAIUS (vulgo: *Key*, vel *Kaye*,) Medicus & Hiſtoricus Cantabrigienſis, hoc anno *Hippocratem de medicamentis purgantibus* cum quibusdam *Galeni* libris, *Baſileae*, 4. emiſit. Nat. 1510 =⊖. 1573. vid. *Frid. Gotth. Freytag Analecta Litteraria*, p. 180.=183. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1126. — *Jac. Georg. Chaufepié*, *Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean) *Caius*, où *Kaye*. — *David Clement*, *Bibliotheqve Curieuſe*, Tom. VI. p. 44.=47. (26.)=(28.)
	1544.	*Johannes* STADIVS, Loenhutheſio-Brabantinus, Mathematicus, & Philologus mox Brugenſis, mox Pariſienſis. Nat. 1527.=⊖. 1579. vid. *Fr. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 472. f. — *Pantaleonis Proſopographia*, Part. III. p. 515. — *Voſſius* de *Scientiis Mathematicis*, c. XXXVI. §. 20. p. 192. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. II. p. 165. c. n. *Krantzii* (p.) — *Crenii Animadverſ. Philolog.* Part. VI. p. 41. & p. 113.=119. — *Jo. Franc. Foppens Bibl. Belgic.* Tom. II. p. 734. 735. vbi quoque eius imago. — De eius in *Florum* meritis Cel. olim *Duckerus* in Praefatione ad *Florum* Stell. I. pl. 4 — *Catal.*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		*tal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1622.
	1544.	*Academia* REGIOMONTANA, ab *Alberto*, Marchione Brandenburgico, primo Borussorum duce condita.
		v. *Gvid. Panzirolus* de *Claris LL. Interpretibus* L. IV. c. IV. p. m. 391. — *Ritterhusius* ad *Salviani* Opera. — *Heumanni Bibl. Histor. Academica.* p. m. 170. 171. — *Catal. Bibl Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 979. 980. — *Bibliotheca Historiae Litterariae Selecta Strüvio-Jugleriana*, Tom. III. c. X. §. IV. p. 1935. 1936.
	1545.	*Franciscus* PATRICIVS, (vulgo. *Patrizzi*,) Iustinopolitanus, al. Senensis, Rhetor, Philologus, & Philosophus Ferrariensis, tum Romanus, hoc anno edidit: *Discorsi sopra alle cose appartenenti ad una Città libera e famiglie nobile Vinegia presso Aldo.* 1545. 12. *Discussiones Peripateticas*, Venetiis 1571. *La Militia Romana di Polybio, di Tito Livio, e di Dionigi Alicarnasseo dechiarata, Ferrara*, 1583. 4. et *Paralleli Militare, Roma*, 1594. fol.
		Nat. 1529. = ⊖. 1597.
		vid. *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. II. p. 164. c. n. *Krantzii* (e.) — *Tob. Magiri Eponymol.* voc. Franc. *Patricius*, Senensis. — *Pope-Blount*, p. 797 = 799. — *Baillet Jugemens* Tom. III. n. 1062. p. 54. — *Baillii*

Carolo, V.

lii Lexicon Criticon Tom. III. voc. (François) *Patrice*, Evêque de Gayette. — *Morhofius*, L. I. *Polybiſt. Philoſoph.* c. I. §. 12. p. 7. 8. c. VIII. §. 3. p. 45. 46. L. II. Part. I. c. IV. §. 6. p. 170. c. XII. §. 2. p. 216. c. XIV. §. 1. p. 239. 240. Tom. II. — *Crenii Animadverſ. Philolog.* Part. XIX. p. 28. — *Io. Georg. Graevius*, ὁ πάνυ, *quantus vir* inquit, *fuerit Patricius in omni doctrinae genere, in Philoſophiae reconditae myſteriis dilucidandis, aeque ac in literis abſtruſioribus illuſtrandis, nemo paulo humanior ignorat. Id enim tot eximia ingenii eius monumenta luculente teſtantur.* &c. v. Praefat. ad Tom. X. Theſ. A. R. p. 424. 425. *Praefat.* et *Epiſtol.* eius iunctim editarum. — *Jo. Alb. Fabricii Conſpect. Theſaur. Literarii* p. 185. 186. — *Io. Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. V. p. 497. 498. — *Gibert Jugemens ſur les Auteurs de la Rhetorique.* p. 216. 217. Tom. VIII. *Baillet Jugemens.* — *Nic. Comnenus Papadopolus*, l. l. Tom. II. L. II. c. XXXV. p. 258. 259. — *Jac. Bruckeri Hiſtor. Crit. Philoſoph.* Tom. IV. *Period.* III. Part. I. L. II. c. IV. §. XIII. p. 422.=430. et in *Appendice*, ſ. Vol. VI. p. 754. =756. — *Gerdes Florileg. Libror. rar.* p. 273. — *Götzii Memorabilia Biblioth. Dreſen.* Tom. III. Syll. I. p. 78.=80. — *Freytag Analecta Litteraria*, p. 663. 664. & Tom. III. *Adparatus Litterarii*, p. 83. & 96. — *Catal.*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		*tal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1493.
	circa 1545.	*Jacobus* SYLVIVS, Ambianenſis Gallo-Francus, Medicus, & Philologus Pariſienſis. Fortaſſis citius floruit, ſed deficit tamen in hac mihi cauſa argumentum. Nat. 1478.=⊖. 1555. v. *Conringius*, l. l. Saec. XV. c. IV. p. 159. c. n. *Krantzii* (4.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1635.
	1545.	*Chriſtophorus* BRVNO, ICtus, & Philologus Monacenſis Bavarus. Hoc anno *Curtium* edidit, confecitque Supplementa Librorum duorum fol. (vid. *Fabricii Bibl. Lat.* L. II. c. XVII. p. 445. *Tom.* I.)
	1545.	*Hermannus* FIGVLVS, Hirschfeldianus, Philologus Marburgenſis, ſiue ut in titulo editionis eius Francofurtanae *Horatii* apud *Chriſtian. Egenolphum Hadamarium* hoc vel proximo anno typis deſcripti 8. legitur in *ſchola Marpurgiana Grammatices Profeſſor.*
	1545.	*Johannes* HARTINGVS, Miltenburgenſis Franco, Philologus graecus Heidelbergenſis, et Friburgenſis, hoc anno edidit: *Locorum memorabilium ex optimis qvibusdam auctoribus excerptorum Decurias* IV. in *Gruteri Face Critica* Tom. II. p. 631.=737. obvias, ad quem locum *Io. Albert. Fa-*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		*Fabricius* ſua manu haec adſcripſit: „ *natus Milteburgi opido Oſtro-* „ „ *franciae* 1505. *obiit Friburgi* „ „ 1579. *Ipſe de ſe:* πολλὰ παθών, „ „ καὶ πολλὰ μαθὼν ἐν παιδοδιδάσκειν, „ „ ἔνθα δὲ νῦν κάιμαι σὺν Θεῷ ἡσύχιος. „ „ *v. Reuſn. Icon. p.* 368. ſeq. *add.* „ „ *Teiſſier. p.* 531. *vbi et ſcripta.* „ Eius Icon eſt apud *Boiſſardum*, in Tabulis, n. LVII. vid. *Pantaleonis Proſopographia*, Part. III. p. 320. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 176. c. n *Krantzii* (k.) — *Bayle Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean) *Hartungus*, Profeſſeur en Langve Greqve. — *Io. Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. III. p. 257. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1302.
	1545.	*Johannes* LORICHIVS, Hadamarius, ICtus, Poëta, et Philologus. ϑ 1569. al. 1570. vid. *Jo. Burcard. & Frid. Otton. Menckeniorum Bibliotheca doctorum militum*, n. CXXXVIII. p. 272. 273. — *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. p. 380. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1401.
	1545.	*Victorinus* STRIGELIVS, Kaufburanus, Philippi Melanchthonis diſcipulus, Theologus, & Philologus, primum Jenenſis, tum Lipſienſis, tandem Heidelbergenſis, *vir elegantiſſimae doctrinae, & inter optimos illius aetatis interpretes numerandus,*

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		vti Cl. *Erneſtio* dicitur in *Inſtitutione Interpretis N. T.* Part. II. c. IX. §. 29. p. 194. ed. tertiae. Hoc anno *Witebergae*, *Epitomen doctrinae de primo motu* edidiſſe perhibetur. Nat. 1524. =⊖. 1569. vid. *Voſſius* de *Scientiis Mathematicis*, c. LII. §. 23. p. 319. c. LXV. §. 22. p. 378. *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. I. c. n. *Krantzii* (h.) — *Baſilii Lexicon Criticum.* Tom. IV. voc. (Victorin) *Strigelius.* — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. XV. p. 146. = 153. Part. XVI. p. 224. — *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibliothec.* Part. IV. p. 243. 244. et Part. VI. p. 157. — *Frid. Ottonis Menckenii Criticae Literariae Specimen* I. in *Novis Miſcell. Lipſienſ.* Vol. I. Part. I. §. XII. p. 140 = 144. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1629.
	circa 1545.	*Johannes* SERVILIVS, Wertheſius Leodius, Hiſtoricus, & Archaeologus. Saltem *Geldro-Gallicam coniurationem duce Martino Roſemio*, *Antwerpiae*, 1542. 8. edidiſſe dicitur *Struvio*, in *Bibliotheca Hiſtorica*, c. XIV. §. XIX. p. 548. Eius de *mirandis Antiquorum operibus*, *opibus & veteris aevi rebus pace belloque magnifice geſtis Libri III.* primum *Antwerpiae*, 1569. 8. editi, (teſte Catologo *Menckeniano*, p. 198.) tum *Lubecae* 1600. 4. immigrarunt in *Novum Theſaurum Antiqu. Rom. Sallengrii.* T. I. p. 1125. = 1230.

Digitized by Google

AECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.	1546.	*Antonius* MASSA, *Gallesius*, ICtus, & Hiſtoricus, hoc anno *Romae*, in forma 4. edidit *de origine & rebus Faliſcorum* librum. vid. *Petr. Burmannus*, maior, in Praefat. ad *Theſauri Italiae* Tom. VIII. p. (12.) *Io. Alb. Fabricius* in *Conſpectu Theſauri Litterarii*, p. 69. & 114.
	1546.	*Petrus* VIOLA, Vicetinus, hoc anno *de veterum nouaque Romanorum temporum ratione* libellum *Venetiis* emiſit, *Theſauro Antiquitatum Romanarum Graeviano*, Tom. VIII. illatum, quem *Jo. Georg. Graevius* *rariſſimum*, & *elegantiſſimum* vocat, in *Praefatione* illius Tomi, p.m. 390. *Praefatt.* eius et *Epiſtolarum* edit. *Fabricianae.*
	1546.	*Jacobus* GRIFOLVS, al. GRIFFIOLVS, Lucinianenſis Pictavus, Philologus, hoc anno *Venetiis* apud *Aldum*, *Ciceronis Officia* aduerſus *Coelii Calcagnini Disquiſitiones* defendiſſe fertur. (v. *Fabricii Bibl. Lat.* L. I. c. 8. p. 138. Tom. II.) Eiusdem in *artem Poëticam Horatii* Commentarium *Florentiae* primum luce publica donatum 1550. 4. longeque auctiorem cum apologia aduerſus *Jaſonem de Nores*, vel *Denores*, Venetiis, 1562. 8. laudat et recenſet doctiſſ. *Frid. Gotth. Freytagius*, in *Adparatu Litterario*, Tom. III. n. CLXXV. p. 634. =639.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.	circa 1546.	*Johannes* MERCERVS, (vulgo: *le Mercier*,) Vticenſis Aquitan ICtus, poſtea Philologus Ebrae Θ. 1570. vid. *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c p. 178. c. n. *Krantzii* (9.) — *Magiri Eponymolog.* voc. Joh. & ſias *Mercerii*. — *Pope-Blount*, p. =700. — *Baillet*, *Jugemens*, T II. p. 169. n. 378. in primis p. 347. n. 733. & p. 401. n. 857. *nii Animadverſ. Philolog.* Pars. X 196. 197. Part. XI. 166. et XIII. p.
	circa 1546.	*Alvarius* GOMECIVS (*Alvarez mez*) *de Caſtro*, Eulalienſis, P lologus, & Hiſtoricus Complute Θ. 1580. v. *Tob. Magiri Eponymolog.* voc. A rius *Gomecius*. — *Franc. Dion. muſatus*, ad *Ciaconii Bibliothecam* 848. 849. — *David Clement*, *Sp men Bibliothecae Hiſpano-Maian* p. 71.=73. & *Bibliotheque Cur* Tom. IX. p. 218. 219. (93.)
	1546.	*Henricus* PANTALEON, Baſilee Theologus, Medicus, & Hiſto cus. Hoc ipſo iam anno *Epi virorum doctorum*, *Scholia* in P ri *Mimos*, & *Comoedias* Phil rum et Zachaeum, *publicanorum* cipem, feciſſe dicitur, argumento ſius *Pantaleonis Proſopographiae*, III. p. 560.=565. vbi ſuam ipſe tam deſcripſit. Nat. 1522.=Θ. 1595.

SAEC. VLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		Eius effigies ante *Prosopographiam* cernitur.
		v. *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 170. c. n. *Krantzii* (n.) — *Tob. Magirus* l. l. voc. Henr. *Pantaleon.* — *Frid. Gotth. Freytag*, *Analecta Litteraria.* p. 653. 654. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1488. vbi, operarum fortassis vitio, male *Parisf.* dicitur.—Auctor *Athenarum Rauricarum*, in *Professoribus Paedagogii* Class. I. n. II. p. 258=261.
	circa 1546.	*Henricus* PETREVS, *Herdesianus*, (ita passim nomen suum subscripsit, velut in Sylloge libellorum *de Vita Aulica*, 1575. 8.) ICtus, & duci Brunsvicensi a consiliis.
		Icon eius extat in *Boissardianis* Tabulis, n. LXXXI.
		vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1503.
	1546.	*Vitus* WINSHEMIVS, a vico Franconiae sic nuncupatus, Medicus, et Philologus Witembergensis, hoc anno *Sophoclis Tragoedias* soluta oratione latina reddidit, *Francofurti*, 8. Nat. 1501.=Θ. 1570.
		vid. *Io. Molleri Homonymoscop.* Sect. II. c. VII. §. CXL. p. 730. s. et *Io. Alb. Fabricii Bibl. Graec.* L. II. c. XVII. p. m. 605. *Vol.* I.
	circa 1546.	*Georgius* VAVCHOPIVS, (vulgo: *Vauchoup*,) gente Scotus, Philologus, eo saltem anno clarus fuisse videtur, quoniam non multo post A.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		1552. diem obiit ſupremum. Eius *de Magiſtratibus veteris Populi Romani Tractatus* eſt in *Sallengriani* corporis Tomo III. p. 1001.=1040. v. *Fabricii Conſpectus Theſauri Litterarii Italiae*, p. 202.
	1546.	*Rembertus* DODONAEVS, Mechlinienſis, Medicus, & Philologus Lugdunenſis. Hoc anno *Paulum Aeginetam* a *Jo. Guintero* Latine verſum, ad Graecae orationis fidem recognovit. Nat. 1518.=Θ. 1585. v. *Fr. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 655. 656. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. IV. p. 168. c. n. *Krantzii.* (I.) — *Tob. Magiri Eponymolog.* voce Rembertus *Dodonaeus*, Mechlinienſis. — *Io. Alb. Fabricius* in *Bibl. Graec.* L. VI. c. 7. p. 578. Vol. XII. — *Freytag Analecta Litteraria*, p. 292. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1207.
	1546.	*Lambertus* HORTENSIVS, Montfortenſis, Philologus, carminum Scriptor, & Hiſtoricus Scholae Naardenſis, hoc anno *Seceſſionum civilium Vltraiectinarum & bellorum* &c. *Libros ſeptem*, *Baſileae*, fol. Anno vero 1557. *Traiecti* in 4. *Ariſtophanis Plutum*, *Nubes & Equites*, latine verſas emiſit fabulas. Nat. 1500.=Θ. 1573. vid. *Franc. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 508. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 171. c. n. *Krantzii* (I.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.	—	(1.) — *Bayle Dictionaire*, Tom. II. voc. (Lambert) *Hortenſius*, homme Savant. — *Schurtzfleiſch Elogia*, p. 71=73. — *Jo. Franc. Foppens Bibliotheca Belgica*, Tom. II. p. 799. 800. — *Gaſp. Burmanni Traiectum eruditum*, p. 155.=162. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1338.
	1546.	*Nicolaus* MAMERANVS, Lucemburgenſis, Hiſtoricus, et Verſificator, eo anno libellum de *Confeſſione tutis ſacerdotis auribus committenda*, vulgauit. Proximo vero anno *Iter Caeſaris ex inferiori Germania, vſque Auguſtam Rhaeticam*, 1545.=1547. *Auguſtae*, 8. deſcripſit, & A. 1550. *Coloniae*, 8. *Catalogum expeditionis rebellium Principum, ac Civitatum Germaniae ſub Io. Friderico, & Philippo contra Carolum V. A.* 1546. dedit. v. *Io. Fr. Foppens Biblioth. Belgica*, Tom. II. p. 914.
	1546.	*Georgius* RATALLERVS, Leovardienſis Friſius, ſupremi Traiectinorum tribunalis iudex, Philologus, & Verſificator. Hoc anno *Heſiodi Opera & dies* latine elegiacis verſibus reddidit, *Francofurti.* 8. Nat. 1518.=Θ. 1581. v. *Franc. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 275. 276. — *Baelii Lexicon Criticum*, Tom. IV. voc. (George) *Rataller*, en Latin Ratallerus. — *Io. Franc. Foppens Bibliotheca Belgica*, Tom.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		Tom. I. p. 342. — *Burmanni Traiectum eruditum*, p. 277.=281.
	1546.	*Antonius* SCHOONHOOVIUS, Canonicus Brugenſis, et Philologus, hoc anno e libro Gandauenſi *Euripium* recognouit *Baſileae*, octauo. Θ. 1557. vid. *Franc. Sweertii Athenae Belgicae* p. 137. 138. et qui laudantur a *Petro Burmanno*, maiori, ad *Syllogen Epiſtolar.* Tom. II. p. 240.
	1547.	*Antonius Franciscus* DONIVS, Philoſophus, Bibliographus, et Philologus Florentinus, eo anno edidit *Orazioni diverſe e nuove d'eccellentiſſimi autori*, in *Fiorenza.* 4to. v. *Bayle Dictionaire*, Tome II. voc. (Antoine François) *Doni*, a vecu au XVI. Siecle. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1208. — *David Clement Bibliotheque Curieuſe*, Tom. VII. p. 440.=451. (27.)=(33.)
	1547.	*Deſiderius* LIGNAMINAEVS, Sacerdos Dominicanus, et Hiſtoricus Patauinus, hoc anno Epiſtolam vulgauit *de inuento M. Tullii Ciceronis in Zacyntho inſula ſepulchro.* Θ. 1581. Numum eius exhibet *Muſeum Mazuchellianum*, Tom. I. Tab. LXXV. n. V. ad p. 346. v. *Nic. Comnenus Papadopolus*, l. l. Tom. II. L. II. c. XXIX. p. 237. 238. — *B. G.*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE RAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		—*B.G.Struvii Bibliotheca Librorum rariorum*, Theca I. n. VII. p. 139.=150.
	1547.	*Joachimus* BELLAIVS, (vulgo: du Bellay) Andinus, Poëta, Hiſtoricus, & Grammaticus. Nat. 1524.=⊖. 1560. vid. *Lil. Gregor. Gyraldus*, Dial. II. de *Poëtis*. p. 558. *Oper.* — *Baillet Jugemens*, Tom. IV. p. 83. 84. n. 1302. & ſi quis operae pretium duxerit, aliquid de eius amica cognoſcere, adeat *Menagii Anti-Bailletum*: *D'Olive*, *Maitreſſe de Joachim du Bellai*, Part. II. n. CIX. p. 129. 130. Tom. VII. *Jugemens.* — *Frid Gotth. Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. p. 695. 696. — *David Clement*, *Bibliotheqve curieuſe*, Tom. III. p. 63.=68. (41.)=(45.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1074.
	1547.	*Robertus* CENALIS, ſ. COENALIS, Epiſcopus Abrincenſis, (d'Avranches,) Normandiae, Philologus, fortaſſis iam citius inclaruit propter editionem auctiorem libri eius *de vera Menſurarum Ponderumque ratione*, hoc anno *Pariſiis* 8 datam, quae in *Theſauri Graeviani Tomum* XI. immigravit. v. *Fabricii Conſpectus Theſauri Italiae*, p. 189.
	1547.	*Conradus* LYCOSTHENES, (vulgo: Wolfharth), Rubeaquenſis Alſatus, Theologus, Hiſtoricus & Philologus Baſileenſis, hoc anno *Com-*

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		*mentarium in Plinium Secundum de Viris illuſtribus*, *Baſileae* in fol. emiſſ. Nat. 1518 =⊖. 1561. Eius imaginem ſeruarunt *Icones Boiſſardianae* Tabul. CXCVIII. vid. *Pantaleon. Proſopographia*, Part. III. p. 415. — *Conringius*, l. l. Sect. XVI. c. V. p. 176. c. n. *Krantzius* (e.) — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 5. 6. n. 59. — *Morhofius*, l. *Polyhiſt. Literar.* c. XXI. §. 23. p. 241. & §. 54.=56. p. 247. 248. Tom. I. — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. II. p. 191. & Part. XVIII. p. 4. — *Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. III. p. 106. 107. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1409. — Auctor *Athenarum Rauricarum*, in *Profeſſoribus Paedagogii*, Claſſ. I. n. I. p. 256.=258.
	1547.	*Johannes* SAXONIVS, vel SAXO Hatſtedio-Ooſtfriſius, ICtus, & Philologus Hamburgenſis, hoc anno *Commentariolum ad T. Livii Hiſtoriarum* L. XXII. & XXXI. *de bello Punico ſecundo*, *Baſileae* 8. Eiuſdem de *Gloſſis Accurſianis* librum, *Baſil.* 1548. laudat Cel. olim *Wielingius* in Praefatione *Lectionum Iuris* *. 7 ⊖. 1564. vid. *Franc. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 466. — *Siffridus Petri de Scriptoribus Friſiae*, p. 104. — *Petr. Burmannus*, maior, ad *Syllogen Epiſtolar.* Tom. II. p. 242. — *Io. Franc. Foppen Bibloth. Belgica*, Tom. II. p. 724.

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.	1547.	*Minus* CELSVS, Senenſis, primum Pontificius, tum purioris doctrinae Theologus, eo iam tempore inclaruiſſe videtur, argumento literarum *Fabii Benvoglienti* ad *Minum Celſum*, d. 15. Septembr. 1547. ſcriptarum. ⊖. circa A. 1572. vid. *Io. Georg. Schelhornius* in *Amoenitat. Literariis*, Tom. VII. p. 86. et in Diſſertatione de *Mino Celſo*, cuius integrum exhibet titulum *Catalogus Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1147. — *Frid. Gotth. Freytag*, in *Analect. Litterariis*. p. 230. — *David Clement*, *Bibliotheque curieuſe*, Tom. VII. p. 9. =12. (6.) (7.) — *Dan. Gerdeſii Italia Reformata*, Part. II. p. 224.= 227. — addatur *I. G. Schelhornii Spicilegium de Mino Celſo Senenſi*, in *Commercii Epiſtolaris Vffenbachiani* Part. V. p. 199.=204.
	1548.	*Nicolaus* FRANCVS, Beneventanus, Poëta mordax et Satiricus, crucis ſupplicio affectus a *Pio* V. Pontifice Romano, A. 1569. non hoc tantum, ſed ſuperioribus iam annis nomen ſibi perperit. vid. *Io. Matthaei Toſcani Peplus*, L. IV. n. CLXXVII p. 504. ſ. — *Frid. Gotth. Freytag Analect. Litteraria*, p. 346. 347. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1251.
	1548.	*Petrus Andreas* MATTHIOLVS, Senenſis, Medicus, Botanicus, et Philologus inſignis, eo anno *Dioſcori-*

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		*ſcoridem* etruſce loqui iuſſit, edidit que, *Venetiis*, 4. Nat. 1500.=☉. 1577. Icon eius eſt apud *Boiſſardum*, Tab. XC. vid. *Jo. Matthaei Toſcani Pepluss* L. IV. n. CLXXIX. vbi *Matthaeolus* ſcribitur, p. 505. 506. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. IV. p. 158. c. n. *Krantzii* (t.) — *Tobias Magirus*, l. l. voc. Pet. Andr. *Matthiolus*. — *Nic. Comnenus Papadopoli*, l. l. Tom. II. L. II. c. XXIX. p. 231. 232. — *Frid. Gotth. Freytag. Analecta Litteraria*, p. 578. — *Alb. Haller Bibliotheca Botanica*, L. V. n. 267. p. 298. =301. Tom. I.
	circa 1548.	*Olympia Fulvia* MORATA, Ferrarienſis, Fulvii Peregrini *Morati* Filia, nupta *Andreae Grüntlero*, Medico Suevifurdiano, (Sweinfurth) Matrona eruditiſſima, argumento ſubſcriptionis literarum ad *Sinapium*, p. 86. *Oper.* eius. Nat. 1526.=☉. 1555. v. *Lil. Gregor. Gyraldus*, Dial. II. *de Poëtis*, p. 575. *Oper.* — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 181. c. n. *Krantzii* (46.) — *Tob. Magiri Eponymolog.* voc. Olympia Fulvia *Morata*. — *Gerdeſii Florilegium Libror. Rar.* p. 255. 256. — *Frid. Gotth. Freytag*, *Analecta Litteraria*. p. 611. 612. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I Vol. II. p. 1723.

Fran-

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.	1548.	*Franciscus* PORTVS, Cretenſis, Philologus Grecus, primum Ferrarienſis, tum Genevenſis. Hoc anno eius *in omnes Sophoclis Tragoedias Prolegomena* lucem viderunt *Morgiis.* 4. (v. *Fabric.* L. II. *Bibl. Graec.* c. XVII. p. m. 606. *Vol.* I.) Nat. 1511. =Θ. 1581. vid. *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 178. c. n. *Krantzii* (5.) — *Tob. Magirus*, l. l. voc. Franc. *Portus.* — *Nic. Comnen. Papadopoli*, l. l. Tom. II. L. II. c. XXIX. p. 238. 239. — *Gerdes Florileg. Libr. rarior.* p. 281. — *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. II. n. CLXXXII. p. 1330. 1331.
	1548.	*Aeneas* VICVS, (vulgo: Vico,) Parmenſis, Archaeologus numarius, eo anno edidit: *Le Imagini con tutti i riuerſi trovati, e le vite degli Imperatori. Roma.* 4. (v. *Banduri Bibl. Numaria*, p. 12. Not.) vid. *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 175. c. n. *Krantzii* (53.) — *Martin. Hanckius de Scriptor. Rer. Rom.* L. II. Part. I. c. XXVI. p. 140. = 142. — *Freytag Analecta Litteraria*, p. 1051. 1052. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1674.
	1548.	*Jacobus* GOVPILVS, ſ. GOUPYLUS, ſ. *Gopilius*, ſ. *Joupylus*, Pictavienſis, Medicus, et Philologus Pariſienſis, hoc anno *Alexan-*

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		*drum Trallianum* recognouit & vulgavit. ⊖. 1560. vid. *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. I. p. 134.
	1548.	*Petrus* GYLLIVS, ſ. GILLIVS, (vulgo: *Gilles*,) Albigenſis Aquitanus, Archaeologus, et Hodoeporicus Scriptor, homo neutiquam feliciſſimae ſortis. Ipſe ſuum Iter ſingulari Epiſtola deſcripſit, in *Syloge Epiſtolarum Burmanni* obvia Tom. II. p. 232=235. ⊖. 1555. Poſt mortem omnia demum eius ſcripta in lucem prodierunt, *Baſileae* 1561. 4. v. *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 174. c. n. *Krantzii.* (52.) — *Io. Alb. Fabricii Conſpectus Theſauri Literariae* p. 224. — *Petr. Burmannus* ad *Syllog. Ep.* l. l. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1271.
	1548.	*Johannes* AEPINVS, Theologus Hamburgenſis. Icon eius apud *Boiſſardum*, Tab. XCIV. v. *Pantaleonis Proſopographia*, Part. III. p. 324. — *G. Krantzius*, in Supplementis ad *Conringium*, l. l. Saec. XVI. c. I. p. 160. (a.) — *Catal. Bibliothec. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1009.
	1548.	*Conradus* BRVNVS, ICtus, Presbyter Auguſtanus, ducum Bavariae Cancellarius, *Iohannis Cochlaei* amicus, Concilii Tridentini defenſor. Hoc

Digitized by Google

SAECVLI XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		Hoc anno *tria* eius *Opera* lucem viderunt, *Moguntiae*, fol. vid. *David Clement*, *Bibliotheqve curieuſe*, Tom. V. p. 279.=289. (85.) =(88.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1113.
	circa 1548.	*Iohannes* GYMNICVS, Chalcographus non ineruditus Colonienſis. v. *Baillet Jugemens*, Tom. I. p. 214. n. 38. — *Ioſ. Hartzheim Bibliotheca Colonienſis*. voc. p. 179.
	1548.	*Michaël* HELDINGVS, ſ. *Sidonius*, Eſſlinga-Sueuus, Episcopus Merſeburgenſis, vnus de auctoribus libri *Interim*. Nat. 1506.=☉. 1561. v. *Pantaleonis Proſopographia*, Part. III. p. 357. — *Io. Fabricii Hiſtor. Bibliothec.* Part. IV. p. 180.=182. — *Obſervationes Halenſes*, Tom. I. p. 60. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1307.
	1548.	*Iuſtus* VVLTEIVS, Wetterano-Haſſus, Philologus Ebraeus, et Graecus, Marburgenſis. Hoc anno *Aelianum* civitate latina donavit, ap. Oporinum, *Baſileae*, 4. Nat. 1529.=1575. vid. *Pantaleonis Proſopograph.* Part. III. p. 288. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. n. 829. p. 391. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1686.
	1548.	*Hieronymus* WOLFIVS, Oettingenſis Francus, *Philippi Melanchthonis* disci-

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		cipulus, Philologus Graecus, & Latinus, mox *Mühlhuſanus*, mox *Norimbergenſis*, *Argentoratenſis*, & tandem *Auguſtanus*, hoc anno *Iſocratem* latine vertit, & edidit. Nat. 1516.=⊖. 1580. Icon eius occurrit in *Boiſſardianis* Tabulis. n. CXXV. vid. *Pantaleonis Proſopographia*, Part. III. p. 398. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 176. c. n. *Krantzii*. (l.) — *Tob. Magirus*, l. l. voc. *Wolfius*. — *Pope-Blount*. p. 766. 767. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 173. n. 386. p. 405. 406. n. 871. — *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. II. p. 416. 417. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Jerome) *Wolfius*. — *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1704. 1705. — *Hieronymi Wolfii* quoque *Narratio de vita ſua & fatis* ab ipſomet conſcripta extat in *J. J. Reiskii Oratorum Graecorum* Vol. VIII. p. 772.=876.
	1548.	*Theodorus* BEZA, (vulgo: *de Beſze*, ſ. *de Beze*,) Vezelius, i. e. Vezelliis oppido *Heduorum* vetuſto Galliae ortus, Theologus Calvinianus, excellentis ingenii Hiſtoricus, Poëta, & Grammaticus Genevenſis, adverſariorum ſubinde, inprimis *Ieſuitarum* calumniis irretitus, hoc ipſo anno *Poëmata* ſua *Lutetiae ex officina Conradi Badii ſub prelo Aſcenſiano* prodire iuſſit. 8. quorum carminum iunc-

Digitized by Google

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		iuuenilium lasciuiam ipse postea damnauit, veluti in *Annotationibus* ad *Matthaei Euangelium*, l. 19. & quidem vocem παραδειγματίσαι, vbi, *apud Plutarchum*, inquit, *Archilochus scribitur editis parum honestis versiculis sese* παραδειγματίσαι· *quod et mihi, iuueni, necdum in Ecclesiam Dei ascito, euenit: quam tamen maculam spero tum dictis tum factis eluisse.* Ceterum tres successu temporis vxores duxit, cuius triplicis connubii causa scriptum olim hoc fuit Epigramma:
		Vxores ego tres vario sum tempore nactus, *Cum iuuenis, cum vir factus, & inde senex:* *Propter opus prima est validis mihi iuncta sub annis,* *Altera propter opes, tertia propter opem.*
		Nat. 1519.=Θ. 1605.
		Iconem eius offerunt *Boissardianae* Tabulae, Part. VI. n. XLI. it. *Verheidenii Effigies & Elogia praestantissimorum Theologorum*, p. 208.=214. neque deest numus in *Museo Mazzuchelliano*, Tom. I. Tab. XCVIII. ad p. 437.
		vid. *Conringius*, l. l. cum Supplemento *Krantzii* Saec. XVII. c. 1. p. 189. (c.) *Tob. Magiri Eponymolog.* voc. Theod. *Beza.* — *Pope-Blount.* p. 710.=712. *Baillet Jugemens*, Tom. IV. *Poëtes Modernes*, p. 143.=146.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		n. 1366. et, *Enfans celebres*, Tom. p. 57. 58. n. 56. — *Bayle Dictionaire*, Tom. I. voc. (Theodore de *Beze*, l'un des principaux piliers l'Egliſe Réformée. — *Morhofii* VII. *Polyb. Liter.* c. III. §. 5. 1062. Tom. I. — *Crenii Animadverſ. Philolog.* Part. I. p. 3. 55.=5 Part. IV. p. 161. Part. VII. p. 7 131. 147. Part. VIII. p. 209. Pa XI. p. 86. 91.=93. 116. 118. Pa XV. §. VIII. p. 71. — *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. I. p. 16. et Pa VI. p. 200. 212. et 499. — *Hi manni* via H. L. c. IV. §. LI p. 160. (γ.) — *Gerdes Florilegium Librorum Rar.* p. 37. ſ. — *Freyt Analecta Litteraria*, p. 95. — *Io. Chriſti. Götzii Memorabil Bibl. Dreſenenſis*, Syll. II. n. 144. 152. — *Catal. Bibl. Bunav.* To I. Vol. II. p. 1085. 1086. — *Du Clement*, *Bibliotheqve curieuſe*. To III. p. 282.=302. (23.)=(30.)
	1548.	*Theodorus* BIBLIANDER (vero no mine: *Buchmann*,) Epiſcopocu nus, Theologus, & Philologus T ricenſis, hoc anno *de ratione comm ni omnium linguarum & litera Commentarium*, *Tiguri*, 4. euulgav Nat. 1504.=☉. 1564. vid. *Conringius*, l. l. Saec. XVI c. p. 149. c. n. *Krantzii* (vv.)—*Bay Dictionaire*, Tom. I. voc. (Th dore) *Bibliander*, Profeſſeur Theologie à Zurich. — *Morhofius*

Digitized by Google

ECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
rolo, V.		IV. *Polybiſt. Literar.* c. IV. §. 2. p. 745. Tom. I. — *Io. Fabricii Hiſt. Bibl.* Part. II. p. 225. — *Frid. Gotth. Freytag, Analecta Litteraria.* p. 120. 121. — *David Clement, Bibliotheque curieuſe*, Tom. IV. p. 211.=215. (92.)=(95.)
	1548.	*Johannes* STVMPFIVS, Bruchſalenſis, Hiſtoricus Turicenſis, hoc anno *Chronicon Helveticum* in lucem emiſit, fol. Nat. 1500.=⊖. 1566. v. *Pantaleon. Proſopographia*, Part. III. p. 334. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 171. c. n. *Krantzii*, (w.) — *Tob. Magirus*, l. l. voc. *Stumpfius.* — *Io. Fabricii Hiſtor. Bibliothec.* Part. II. p. 341. — *Gerdes Florileg. Libr. rar.* p. 332. — *Freytag Analecta Litteraria.* p. 916.
	1548.	*Academia* JENENSIS, ſive SALANA, a *Johanne Friderico*, duce Saxoniae, condita, et ab eius Filiis A. 1558. conſummata. vid. *Ioannis Stigelii Epiſtola, continens deſcriptionem pompae, & ſpectaculorum quae celebrata ſunt in promulgatione Privilegiorum Academiae Jenenſis.* — *Cunr. Rittershuſius*, in *Catalogo Academiarum Germaniae*, cui tamen annus natalis 1550. vel 1553. placet. — *Chr. Aug. Heumanni Bibliotheca Hiſtorica Academica.* p. 88.=96. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 938.=941. — *Bibliotheca Hiſtoriae Litterariae Selecta*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		*Struvio-Jugleriana*, Tom. III. c. X. §. III. p. 1926.
	1549.	*Antonius* BENDINELLIVS, Lucenſis, Grammaticus Florentinus, hoc anno *vitam P. Cornelii Scipionis Africani*, *Florentiae*. 8. emiſit. vid. *Martin. Hanckius*, de *Romanarum rerum Scriptoribus*, L. II. Part. I. c. XXII. p. 136. 137. — *Dan. Gerdes Florileg. Librorum Rarior.* p. 37. — *David Clement*, *Bibliotheque Curieuſe*, Tom. III. p. 128. (9.)
	1549.	*Petrus Franciscus* GIAMBVLARIVS, ſ. IAMBULARIUS, Canonicus S. Laurentii Florentinus, Hiſtoricus & ſermonis Italici haud inconſultus auctor. ⊖. 1564. Poſt eius mortem prodiit *Hiſtoria della Europa* &c. *dall' anno* 800. *ſino al* 913. *nuovamente poſta in luce. in Venetia.* 1566. 4.
	1549.	*Iohannes* BRODAEVS, (volgo: *Brodeau*,) Turonenſis, Grammaticus, pluriumque Scriptorum Graecorum interpres, hoc anno *Anthologiam graecam*, *Baſileae*, fol. Anno vero 1555. itidem *Baſileae*, *Miſcellaneorum* Libros ſuos 8. eulgavit. ⊖. 1563. vid. *Tob. Magiri Eponymologicum*, voc. *Brodaeus*. — *Pope-Blount*. p. 658. 659. — *Pauli Colomeſii Gallia orientalis*. p. 28.=32. & p. 267. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 163. 164. n.
		T

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE. RAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		n. 366. — *Bayle Dictionaire*, Tom. I. voc. (Jean) *Brodeau*, Savant Critiqve. — *David Clement*, *Bibliotheqve Curieuſe*, Tom. V. p. 261.= 264. (74.)
	1549.	*Franciscus* DVARENVS, Aremoricus, ICtus, et Philologus Bituricenſis, hoc anno *de Plagiariis*, *aliisque rebus cognitu dignis ad Franc. Balduinum Epiſtolam*, *Pariſiis*, quae in eius *Operibus*, Pariſiis 1592. fol. legitur, in lucem emiſit. Nat. 1509.=⊖. 1559. vid. *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. III. p. 155. c. n. *Krantzii*, (k.) — *Tob. Magirus*, l. l. voc. Franc. *Duarenus*, ICtus. — *Pope-Blount*. p. 660. 661. — *Bayle Dictionaire*, Tom. II. voc. (François) *Duarene*, Profeſſeur en Droit civil. — *Morhofius* Tom. III. *Polyhiſt. Practici*, L. VI. Sect. VII. §. 8. p. 585. Tom. II. — *Io. Sal. Brunqvelli Hiſtor. Iuris*, Part. III. M. II. c. VIII. §. 16. — *Frid. Otton. Menckenii Criticae Literariae Specimen Primum*, in *Miſcellan. Lipſienſibus Nov.* Vol. I. Part. I. p. 99.= 103. — *A. Terraſſon*, *Hiſtoire de la Iurisprudence Romaine*, Part. IV. §. IX. p. 453. 454. — *Frid. Gotth. Freytag*, *Analecta Litteraria*, p. 297.
	1549.	*Stephanus* FORCATVLVS, Bliterienſis, elegans ICtus, Hiſtoricus, Philologus, et Poëta Toloſanus, eo

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		anno *Sphaeram Legalem*, *Lugduni*, 4. *Poenum Iuris Civilis*, *& de alimentis Tractatum*, ibid. 1550. 4. *Cupidinem Iuris peritum*, ib. 1553. 4. emisit. ⊖. 1574. vid. *Tob. Magirus*, l. l. voc. Stephanus *Forcatulus*, ICtus. — *Morhof.* *us* Tom. III. *Polybist. Pract.* L. VI. Sect. VIII. §. 3. p. 592. Tom. II. — *Baillet Jugemens*, Tom. IV. p. 92. n. 1314. — *Dan. Gerdes Florileg. Libr. rar.* p. 129. — *Ant. Teraſſon Hiſt. Iuriſpr. Rom.* Part. IV. §. IX. p. 469. ſ. — *Frid. Gotth. Freytag*, *Analecta Litteraria*, p. 345. — *David Clement*, *Bibliotheque Curieuſe*, Tom. VIII. p. 421=423. (89.) (90.)
	1549.	*Johannes* LALAMANTIVS, Medicus Auguſtodunenſis Heduorum, Philologus & Archaeologus, hoc anno promulgauit: *Traduction de qvatre Philippiqves de Demoſthéne en François ſur le Grec. Paris.* 8. *Galeni* de *diebus criticis* libros III. illuſtrauit Lugduni 1559. 4. Hippocratis librum de hominis aetate, latine Lugduni 1571. 8. *de Ptiſana ſui temporis*, *Heduae*, 1578. 4. vid. *Voſſius* de *Scientiis Mathematicis* c. LXVIII. §. 8. p. 399. — *Fabricii Conſpectus Theſauri Litterarii Italiae.* p. 181. 236. — *Papillon Bibliotheque des Auteurs de Bourgogne*, Tom. I. p. 366. ſ.

Pon-

SAECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.	1549.	*Pontus* TYARDAEVS, (vulgo: *de Thyard*, vel *Thiard*,) BISSIANUS, Matisconenſis, Epiſcopus Cabilonenſis, Poëta Gallo-Francicus, Philologus, et Philoſophus. Hoc iam anno nonnulla Francici oris carmina euulgare coepit. *De recta nominum impoſitione: a Ponto Tyardaeo Biſſiano, Cabilonenſi Epiſcopo, Lugduni ap. Iac. Rouſſin ad Dominicanos*, 1603. 8. liber ſane raro obuius, in quo inprimis leguntur eius *in librum Philonis Judaei de transnominatis annotationes*, p. 105. et eiusdem *Ponti Tyardaei annotationes in librum Philonis Judaei Allegoriae Sacrae*, p. 114. Nat. 1521.=Θ. 1605. vid. *Jac. Aug. Thuanus* ad A. 1605. in *Doctorum virorum Elogiis Thuaneis*, p. 128. — *Scaev. Sammarthani Elogia Gallorum* p. 153. ed. 1623. — *Pauli Colomeſii Gallia Orientalis*. p. 101.=103. — *Papillon Bibliotheqve des Auteurs de Bourgogne*, Tom. II. p. 333.=336. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1663.
	circa 1549.	*Franciscus* XAVERIVS, Nauarrenſis Ieſuita, Indiarum Apoſtolus, &, ſi diis placet, Thaumaturgus. Θ. 1552. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1708.
	1549.	*Erneſtus* BROTVFFIVS, Merſeburgenſis, Hiſtoricus, auctor Chronici Saxonici, & Brandenburgici, argumen.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		mento *Manuſcriptorum Catalogi Menkeniani*, p. 822. 823. add. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1110. Nat. 1516.=☉. 1565.
	1549.	*Matthias* FLACIVS, (vulgo: *Francowitz*,) ortu Albonenſis ILLYRICVS, Theologus Lutheranus, Philologus, et Hiſtoricus, mox Witembergenſis, mox Jenenſis, mox Francofurtanus, auctor primarius *Centuriarum Magdeburgenſium*, et egregii libri: *Catalogi teſtium veritatis*. Eo anno librum *de veris & falſis Adiaphoris*, 8. promulgauit. Nat. 1520.=☉. 1575. Iconem eius offerunt *Boiſſardianae Tabulae*, n. XCIII. *Verheiden Theologorum praeſtantium Effigies et Elogia*, p. 156.=160. et *Schroekhianae Picturae* loco mox laudando. vid. *Lil. Gregor. Gyraldus Dial. II. de Poëtis* p. 560. *Oper.* vbi *Epithalamion Georgii Sabini* laudatur. — *Paraleonis Proſopographia*, Part. III. p. 438.=440. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. I. p. 148. c. n. *Kranzii*, (n.) — *Tob. Magirus*, l. l. voc. Matthias *Flacius*, Illyricus. — *Pope-Blount*, p. 714. 715. — *Bayle Dictionaire*, Tom. II. voc. (Matthias Flacius) *Illyricus*, Théologien. — *Morhofius*, I. *Polyh. Literar.* c. IV. §. 24. p. 32. Tom. I. — *Io. Albert. Fabricius Bibl. Graec.* L. VI. c. IV. p. 161.=165. Vol. XII. — *Jo. Fabricii Hiſtor. Bibliothec.* Part. I. p. 271. =273.

SECVLL. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		=273. Part. II. p. 153.=155. et p. 424. 425. Part. III. p. 374. & Part. V. p. 244. 245. — *Chr. Aug. Heumanni Via* ad *Hiſtor. Literar.* c. IV. §. LIII. p. 159. (*.) — *Mosheimii Inſtitut. Hiſtor. Eccleſ.* Saec. XVI. Sect. III. Part. II. c. I. §. IX. XXVIII. XXXI. XXXIII. XXXIV. — *Io. Matth. Gesnerus* ad *Iſagogen*, §. 589. p. 479. — *Dan. Gerdes*, *Florileg. Libr. rar.* p. 126. et *Specimen Italiae Reformatae*, Part. II. p. 247. 248. — *Frid. Gotth. Freytag*, *Analecta Litteraria*, p. 221.=223. et *Adparatus Litterarius*, Tom. III. n. CXXXIV. p. 520.=532. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1243. 1244. — *David Clement*, *Bibliotheque Curieuſe*, Tom. VIII. p. 331.=361. (48.)=(60.) — *Jo. Matthi. Schröckh Abbildungen und Lebensbeſchreibungen*, Faſcicul. I. n. V. p. 41.=54.
	1549.	*Johannes* OTHO, vel OTTO, Brugenſis, Hiſtoricus, et Philologus Duisburgenſis. eo anno *Deſcriptionem breuem eorum, quae a S. P. Q. Gandenſi Philippo Auſtrio, & Carolo V. exhibita fuerunt*, item *Septem Sapientum ſententias* latine vertiſſe & edidiſſe A. 1570. dicitur. ⊖ 1581. vid *Franc. Sweertii Athenae Belgicae*, p. 468. — *Mart. Hanckius de Scriptoribus Rer. Romanar.* c. LXV. p. 236. 237. — *Jo. Franc. Foppens Bi-*

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		*bliotheca Belgica*, Tom. II. p. 707.
	1549.	*Academia* DILLINGANA, ab *Otbone Truchſeſſio*, Epiſcopo, & Cardinali Auguſtano, condita eſſe fertur. v. *Conr. Rittershuſius* in *Catalogo Academiarum Germaniae* ad *Salvianum*. Tom. II. — *Heumanni Bibliotheca Hiſtorica Academia*. p. 44. 45.
	circa 1550.	*Franciscus* BAROCIVS, ſ. BAROTIVS, Patricius, & Mathematicus Venetus, eo iam anno inclaruiſſe videtur, licet *Procli Euclidea* latine demum verterit, *Patavii*, 1560. fol. Θ. ante 1572. circiter. vid. *Voſſius de Scientiis Mathematic.* c. XLIX. §. 22. p. 302. & c. LVII. §. 18. p. 336. — *Nic. Comnenus Papadopolus*, l. l. Tom. I. L. III. Sect. II. c. XV. p. 322. — *David Clement*, *Bibliotheque Curieuſe*, Tom. II. p. 442. (29.)
	1550.	*Ludovicus* CASTELVETRVS, ſ. *Caſtelvetro*, Mutinenſis, Rhetor, & Grammaticus. Nat. 1505. = Θ. 1571. vid. *Io. Matthaei Toſcani Peplus*, L. IV. n. CLVI. p. 491. — *Bayle Dictionnaire*, Tom. II. voc. (Louis) *Caſtelvetro*, Modenois, Ecrivain du XVI. Siecle. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 168. ſ. n. 376. p. 473. n. 1019. Tom. III. p. 53. n. 1059. — Nic.

Digitized by Google

SECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		*Nic. Comnenus Papadopolus*, l. l. Tom. II. L. II. c. XXIV. p. 223. 224. — *Fabricii Bibl. Graec.* L. III. c. VI. p. 123. 124. ** Vol. II. — *Gerdes Italiae Reformatae*, Part. II. p. 216.=222. — *Freytag Analecta Litteraria.* p. 218.=220. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1143. — *Jo. Frid. Le Bret*, Eccleſiaſtis Stutgardienſis, *Anecdota de Ludovico Caſtelvetro, eiusque ſcriptis, inprimis rariſſima Locorum Melanchthonis in lingvam Italicam ab ipſo tranſlatorum editione*, in *Henr. Gvil. Clemmii Novis Amoenitatibus literariis, Faſciculo* III. Stutgardiae 1763. 8. p. 380.=393.
	circa 1550.	*Bartholomaeus* EVSTACHIVS, Sanctoſeuerinas, Medicus, Anatomicus inſignis, & Philologus, mox Vrbinas, mox Romanus. Anno certe 1552. *Anatomicae* eius *Tabulae aere inciſae* fuerunt, vt ipſe teſtatur in libello *de Renum ſtructura*, c. XVI. p. 44. *Opuſculorum* eius *Anatomicorum Hermanni Boerhavii* cura typis repetitorum, L. B. 1707. 8. quae tamen Tabulae diutiſſime antea deſideratae, non prius lucem viderunt, quam ſtudio & opera eruditiſſimi illius Archriatri Pontificis *Jo. Mariae Lanciſii, Romae*, 1714. fol. et ex altera editione, ibidem 1728. fol. vbi non modo Elogia virorum doctorum de Euſtachio, p. III. IV. praemiſſa, ſed etiam perbreuem eius Biogra-

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		phiam a *Lancisio* confectam, item amoebeas *Lancisii*, *Jo. Fantoni* & *Io. Baptist. Morgagnii* Epistolas legimus, quae omnia in *Bernardi Siegefridi Albini Explicatione Tabularum Anatomicarum Bartholomaei Eustachii, Anatomici summi, Leidae Batauorum*, 1744. fol. omissa esse doleo. – Eidem *Eustachio* debetur *Erotianus*, e codice Vaticano latine redditus, & animaduersionibus illustratus, *Venetiis*, apud *Luc. Antonium Juntam*, 1566. 4.
		vid. quoque de hoc *Eustachio Georgius Martinius* in *Prolegomenis* ad *Commentaria* in *Barthol. Eustachii Tabulas Anatomicas, Edinburgi*, 1755. 8. c. I. §. 15=25. p. 16.=31. it. *Hermanni Boerhaave Methodus studii Medici ab Alberto ab Haller locupletata, Amstelaed.* 1751. 4. de *Anatomia* c. II. p. 272. (a.) it. p. 291. (c.)& passim alicubi, tamquam Tom. I. p. 435. p. 468. inprimis p. 505. & Tom. II. p. 960.
	circa 1550.	*Gabriel* FAERNVS, Cremonensis, Poëta, & Philologus Romanus. Θ. 1561.
		vid. *Jo. Matthaei Toscani Peplus Italiae*, L. III. n. CXXXVIII. p. 477.– *Tob. Magiri Eponymol.* voc. *Gabr. Faërnus*, Cremonensis. — *Baillet Jugemens*, Tom. IV. p. 84. 85. n. 1303. — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. II. p. 8. 9. — *Io. G. Graevius* eius Annotationes in *Ciceronis* quas-

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		dam Orationes laudat, p. m. 70. 71. *Praefat. & Epiſtolar. Sylloges Fabricianae.* — *Fabricius*, *Bibl. Graec.* L. II. c. IX. p. m. 400. (**) Vol. I. — *Heumanni Via ad Hiſtor. Litter.* c. IV. §. LIII. p. 163. (h.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1235. & Vol. III. p. 2044.
	circa 1550.	*Gabriel* FALLOPIVS, Mutinenſis, Medicus et Anatomicus inſignis. Nat. 1523.=☉. 1563. vid. *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. IV. p. 158. c. n. *Krantzii* (s.) — *Tob. Magirus*, l. l. voc. Gabriel *Fallopius*, Mutinenſis. — *Thomas Pope-Blount*, p. 596. 597. — *Nic. Comnenus Papadopolus*, l. l. Tom. I. L. III. Sect. II. c. XIII. p. 315. — *Herm. Boerhavii Methodus Studii Medici*, ab *A. Hallero* locupletata, p. 97. 159. 177. 272. 435. inprimis p. 504. Tom. I. it. p. 587. f. praeſertim p. 724. (a.) & 856. Tom. II. — *Georg. Martinius* in *Prolegomenis* ad *Commentaria* in *Bartholom. Euſtachii Tabulas Anatomicas* c. I. §. 12. 13. p. 11.=15. — *Jac. Georg. Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Gabriel) *Fallope*, ou *Fallopio*, Medecin. — *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. II. p. 1236. — *A. Haller Bibliothec. Anatomica*, L. V. §. 324. p. 338. 339. Tom. I.
	circa 153.	*Hieronymus* MASSARIVS, Vicenti-

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		nus, Medicus & Philologus mox Basileensis, mox Argentinensis. ⊖. 1564. vid. *Baelii Lexicon Criticum*, Tom. III. voc. (Jerome) *Massarius*, Medecin. — *Dan. Gerdes Italia Reformata*, p. 296.=300.
	circa 1550.	*Jäson de* NORES, Cyprius, Rhetor & Philosophus Patavinus. ⊖. 1590. vid. *Morhofius*, VII. *Polyh. Liter.* c. I. §. 9. p. 1012. Tom. I. — *Nic. Comnenus Papadopolus*, l. l. Tom. I. L. III. Sect. II. c. XVIII. p. 332. 333. — *Fr. Gotth. Freytag*, *Adparatus Litterarius*, Tom. III. n. CLXXV. p. 634. =639. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1472.
	1550.	*Onuphrius* PANVINIVS, Veronensis, Augustiniani ordinis Eremita, Historicus, et Archaeologus Romanus. Nat. 1529. ⊖. 1568. vid. *Jo. Matthaei Toscani Peplus Ital.* L. IV. n. CLXXV. p. 503. — *Petr. Servius*, in *Miscellan.* c. V. p. 94. vbi dicitur: *nostri Senatus* i. e. Antiquarii *princeps*, *et omnium*, *qui sunt*, *quique fuerunt antiquariorum praestantissimus*. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 175. c. n. *Krantzii.* (54.) — *Tob. Magirus*, l. l. voc. Onuphrius *Panvinius*, Veronensis, Frater Eremita Augustinianus. — *Pope-Blount* p. 731.=733. — *Martin. Hanckius* de *Scriptor. rerum Romanarum* c. 59. p. 224.=226. et L. II. p.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		P. II. c. 59. p. 357.=365. — *Jo. Georg. Graevius* in Praefatione ad Tom. I. *Theſ. Antiqv. Roman.* p. 236. =240. *Praef. & Epiſtol.* ed. *Fabric.* — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. XII. p. 55. ſeq. — *Schurtzfleiſchii Elogia*, p. 28.=30. — *Io. Alb. Fabricius*, in *Biblioth. Lat. Med.* Tom. V. p. 485.=495. — *Io. Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. III. p. 425. Part. V. p. 203. — *Nic. Comnenus Papadopolus*, l. l. Tom. II. L. II. c. XXIII. p. 220. ſ. — *Scipio Maffei*, *degli Scrittori Veroneſe*, L. IV. p. 182.=194. *Veron. illuſtr.* — *Jac. Georg. Chaufepié*, *Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Onuphre) *Panvini*, Savant du XVI. Siecle. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1488.
	1550.	*Carolus* SIGONIVS, Mutinenſis, Hiſtoricus, & Philologus, mox Venetus, mox Patauinus, mox Bononienſis, argumento ſubſcriptae Praefationis ad *Faſtos Conſulares*: Mutinae, Id. Mart. MDL. Nat. 1524.=Θ. 1585. vid. *Io. Matth. Toſcani Peplus*, L. IV. n. 183. p. 508. — *Conringius*, l. l. Saec. XVI. c. V. p. 173. c. n. *Kranzii* (22.) — *Tob. Magirus*, l. l. voc. *Sigonius*. — *Pope-Blount.* p. 760. =762. — *Mart. Hanckius de Scriptor. Rer. Romanar.* c. LXX. p. 245. =247. & L. II. Part. II. c. 70. p. 377.=382. — *Baillet Jugemens*, Tom.

SAECVLI XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carole, V.		Tom. II. p. 63. n. 183. — *Morhofius*, I. *Polyh. Literar.* c. IX. §. 7. p. 79. et VI. *Polyh. Liter.* c. I. §. 28. p. 955. Tom. I. — *Io. Georg. Graevius*, in *Praefat.* ad *Ciceronis Orationes & Epiſtolas* p. 33. 69. 70. *Praefat. & Epiſt.* ed. *Fabricianae.* vnde cognoſcitur, ſub nomine *Ragazonii*, & *Bernardi Lauredani*, Patricii Veneti, adnotationes eum in Ciceronem ſcripſiſſe. Addatur idem *Graevius* in Praefat ad Tom. I. *Theſaur. Antiqu. Rom.* p. 237. & 243. edit. *Praef. & Epiſt.* Fabricianae. — *Io. Alb. Fabricius* in *Conſpectu Theſauri Literarii Italiae*, p. 168. * 169. 170 & 221. — *Io. Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. V. p. 359. 360. *Nic. Comn. Papadopolus*, l. l. Tom. I. L. III. Sect. II. c. XVII. p. 327. 328. — De eius in *Liuium*, & omnem antiquitatem meritis *Drakenborchius*, in Praefat. ad *Liuium*, Tom. VII. p. XL.=XLV. — *Frid. Gotth. Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. p. 306. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1690. — Inter omnes eius libros nullus ſane minus obvius erat, quam eius *Patauinae disputationes aduerſus Franciſc. Robertellum*, *Patauii*, 1562. 4. diuerſae ab eiusdem *Emendationum Libris duobus*, *Venetiis*, 1557. 4. inprimis poſtquam hos quidem *Jan. Gruterus*, in *Face Critica*, Tom. II. p. 121.=347. repetierat, illas vero, tamquam ſibi ignotas, praetermiſerat. Sed non me-

Digitized by Google

SECVLI. XVI. Principibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
arolo, V.		mediocrem apud literarum ſtudioſos gratiam iniit vir doctiſſimus *Philippus Argelatus*, Bononienſis, cum omnia *Caroli Sigonii opera*, *edita*, (atque in his quoque *Diſputationes Patavinas*, Tom. VI. p. 225.=348.) *& inedita*, cum virorum doctiſſimorum *Joſephi Mariae Stampae*, & *Ioſ. Anton. Saxii* ſubinde adnotationibus, item vita a *Lud. Anton. Muratorio* deſcripta colligeret, & ſex codicibus euulgaret *Mediolani*, 1732. =1737. fol.
	1551.	*Baſilius* ZANCHIVS, Bergomas, Poëta, & Philoſophus Romanus, hoc anno *Romae Poëmata* ſua in lucem protuliſſe videtur. *Pauli* quidem *Baſilii* Poëmata hoc anno euulgata laudat *Dan. Gerdes*, in *Florilegio Libr. Rar.* p. 372. Sed *Frid. Gotth. Freytag* in *Analectis Litterariis* non immerito ſuſpicatur, p. 1113. *Baſilii* potius, quam *Pauli Zanchii* eſſe.
	⊖. 1560.	vid. *Io. Matthaei Toſcani Peplus*, L. III. n. CXXXII. p. 473. — *Baelii Lexicon Criticum*, Tom. IV. voc. (Baſile) *Zanchius*, où *Zanchus*. — *Jo. Fabricii Hiſt. Biblioth.* Part. III. p. 261. — *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. II. p. 1710. — *Baſilii Zanchii Bergomatis, Canonici Ordinis Lateranenſis, Poëmata, quae exſtant, omnia. Acceſſit eius vita Petro Antonio Seraſſio auctore, Bergomi*, 1747.

SAECVLI. XVI. Principibus.	AERAE CHR.	PARS TERTIA.
Carolo, V.		8. v. *Nov. Act. Erud.* 1752. *Ap* p. 228.=231.
	circa 1550.	*Petrus Franciſc.* ZINVS, Veronenſi plurium Scriptorum Graecorum i terpres latinus. vid. *Io. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. p. 67. 133. 134. — *Maffei* de *Scrittori Veroneſe*, L. IV. p. 169. 17 *Ver. illuſtr.*
	circa 1550.	TITIANVS *Vecellius*, Cadorenſis montanis Fori Julii, magni nomi Pictor. ⊖. 1576. Vera *Titiani* effigies in duobus mu *Muſei Mazzuchelliani*, Tom. Tab. LXXX. n. VI. VII. ad 362. ſupereſt. vid. *Io. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. p. 246. 247.
	1550.	*Jacobus* AMIOTVS vel AMYO Episcopus Antisſiodorenſis, *Di ri Siculi*, (*Paris.* 1554. fol.) *tarchi*, (*Paris.* 1567. 8. ſeptem dicibus,) *Longi*, (*Paris.* 1559 & aliorum interpres Francicus. Nat. 1513.=⊖. 1593. vid. *Scaevolae Sammarthani Elogia lorum*, L. IV. n. XI. p. 216. 217. *Heum.* — *Tob. Magiri Eponymologi* voc. *Amiotus*, Gallus. — *Pope-Bl* 740. 741. — *Baillet Jugemens*, T II. p. 428.=430. n. 935. — *Bayle tionaire*, Tom. I. voc. (Jacq *Amyot*, Eveque d'Auxerre. —

VLI. XVI. incipibus.	AE-RAE CHR.	PARS TERTIA.
lo, V.		*manni Via ad Histor. Liter.* c. V. §. XII. p. 258. (u.) — *Jac. Georg. de Chaufepié, Nouveau Dictionaire,* Tom. I. voc. (Jaqves) *Amyot.* — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1023.
	1550.	*Johannes* BVTEO, (vulgo: *de Boteon,*) Delphinas, ICtus, et Mathematicus insignis. ⊖. 1564. vid. *Vossius* de *Scientiis Mathematicis.* c. XXVII. §. 11. p. 116. c. XLIX. §. 14. p. 300. & c. LVII. §. 13. p. 335. — *Baelii Lexicon Criticum.* Tom. I. voc. (Jean) *Buteo,* Mathématicien. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. I. p. 328. s.
p. 80. ad *Herm.* NVENARIVM.) *Theodorum* quoque *Priſcianum*, Medicum veterem, ſub falſo *Octavii Horatiani* nomine edidit *Argentorati, apud Ioannem Schottum*, 1532. fol. — Nat. 1491. circiter — Θ. 1530. — *Cannegieterus* in *Praefat.* ad *H. Harii Triſtium Librum*, p. V. & in *Indice*, voc. *Neaquila*, & *Nuenarius*. — *Paqvot Mémoires*, Tom. XVI. p. 317.—328.

p. 81. ad LATOMVM.) Nat. 1475. circiter — . *Crenii Animadverſion Philolog.* Part. IX. p. 172. *Paqvot Mémoires*, Tom. XIII. p. 43.—57.

— ad BRASSICANVM.) *Reconditas Lectiones* ſuas, quae numquam, quantum ſciam, prodierunt, ipſe laudat ad *Petronii Satiricon*, c. CXX. verſ. 97.

p. 82. ad HEGENDORFINVM.) Eius *Declamationes, Argentorati* 1533. 8. editas alicubi laudatas vidi.

p. 82. ad ARIOSTVM.) *Lil. Gregor. Gyraldus*, de *Poëtis Dial.* I. p. 543. *Oper.* — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. V. p. 148. — *I. B. L. Oſmont Dictionaire Typographiqve, Hiſtoriqve, & Critiqve*, Tom. I. p. 44. 45. — (*Jo. Andr. Barotti*) *Vita di Lodovico Arioſto, e dichierazioni all' Orlando Furioſo con li teſti del Poëma, noviſſima edizione, Ferrara* 1741. 1774. 4.

p. 83. ad BRACELLIVM.) lin. 15. atque deinceps ſaepius typis repetitae. Editionem *Romanam*, 1579. 4. recenſet *Struvius* in *Theſauro variae eruditionis*, ſ. *Bibliothe-*

ca

Digitized by Google

ca Antiqva, A. 1705. menſe *Auguſto*. p. 360.=362.

p. 84. ad CALCAGNINVM.) *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. p. 436. 437. 439. 440.

p. 84. ad GOES) ϑ 1552. *Nic. Comn. Papadopoli*, l. l. Tom. II. L. II. c. XVII. p. 200.

p. 85. ad PINTIANVM.) *In loca obſcuriora Plinii Hiſtor. Natural. Antwerp.* 1547. 8. librum emiſit. — *Fabricius* in *Elencho Medicorum Veterum*, L. VI. c. IX. p. 159. Vol. XIII.

p. 85. ad VIVEM) ϑ 1540. — *Scaliger*, in *Scaligeranis Primis*, et *Secundis*. voc. *Vives*. — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. IV. p. 208. 213. 219 =221. *Part.* V. p. 236. *Part.* X. p. 148. 149. Part. XII. p. 91. 92. Part. XIII. p 95 =97. Part. XVI. p. 34. Part. XIX. p. 168. ſ. — *Gibert Jugemens ſur les Auteurs de la Rhetorique* p. 177.=181. Tom. VIII. *Baillet Jugemens — Paqvot Mémoires*, Tom. II. p. 34.=60.

p. 87. ad AMSDORFIVM.) Sunt penes me *Epiſtolae Domini Nicolai Amsdorfii, & D. Martini Lutheri de Eraſmo Roterodamo, Witebergae* 1534. 8. item *Conſilium & Ratio Epiſtolae de Eraſmo ad Lutherum Nicolai Amsdorffii*, 1532. *Magdeburgae* 8. — *Io. Martini Schamelii Numburgum Literatum*, Lipſiae 1727. 4. n. XVIII. p. 41.=44.

— ad BRVNFELSIVM) *Crenii Animadv. Philolog.* Part. III. p. 229. ſ. — *Jaqves George de Chaufepié Nouveau Dictionaire.* ſ. Tom. II. voc. (Othon) *Brunsfels.* — *Haller Bibliothec. Medic. Practicae*, Tom. I. n. 239. p. 527. 528.

— ad CRATANDRVM.) *Crenii Animadv. Philolog.* Part. I. p. 4. 5.

p. 88. ad COCHLAEVM.) *Crenii Animadv. Philolog.* Part. XVI. p. 352. 353. & *Part.* XIX. p. 215.

p. 89. ad HERBERSTEINIVM.) *Crenii Animadv. Philolog.* Part. X. p. 76. *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. p. 372. 373.

— ad HVTTICHIVM.) *Anſelmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. II. p. 9. ed. *Fabric.*

p. 90. ad OPSOPOEVM.) *Lil. Gregor. Gyraldus*, Dial. II. de *Poëtis.* p. 560. *Oper.*

— ad

— ad ZASIVM.) Inde ab A. 1508. iam clarus esse videtur propter *Quaestiones de Parvulis Iudaeorum baptisandis, a communi doctorum assertione dissidentes*, Argentinae, 1508. 4 item *Apologeticam Defensionem contra Joannem Eckium, Theologum, super eo, quod olim tractauerat, quo loco fides non esset hosti servanda. Basileae* 1519. 4. de quo libro vid. *Burc. Gotth. Struvius*, in *Thesauro erudit. uariae*, s. *Bibliotheca Antiqva* A. 1705. mense *Maio.* p. 242.=245. — *Jo. Frid Iugleri Beytraege Zur Juristischen Biographie*, Tom. III. Part. II. n. V. p. 227.=253.

ad p. 91. | circa 1520. | *Johannes Albertus* BVRERIVS, nescio quis, hoc anno *Varias Lectiones Velleii Paterculi* ex Codice *Morbacensi* collectas edidit, ad calcem editionis primae Velleii Paterculi a *Beato Rhenano* apparatae *Basileae*, apud *Frobenium*, Fol. Fidem eius fugillarunt nonnulli, cuius tamen patronus fuit *Dav. Ruhnkenius* V. C. in limine Praefationis ad *Vellei. Paterc.*

p. 91. ad HARIVM) vulgo: *Jan met de Boeken*, item *Joan van der Haer.* v. *Henr. Cannegieterus* ad *Henr. Harii Elegias*, in *Praefat.* p. III.

ad p. 91. | circa 1520. | *Bonifacius* AMERBACHIVS, Basileensis ICtus, & Philologus, *Erasmi* & *Zasii* Amicus. Nat. 1495 =⊖. 1562.

Eius Icon apud *Boissardum*, Tab. XXXVII.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1022 — De *Epistolis Familiaribus Erasmi* ad *Bonifacium Amerbachium*, v. supra ad *Erasmum*, *Anal.* p. 579.

ad p. 91 | circa 1520. | *Johannes*, s. *Hans* HOLBEIN, Basileensis, egregius Pictor, *Erasmi*, *Bonifac. Amerbachii*, *Mori*, & aliorum, amicus. Nat. 1498.=⊖. 1554.

vid. *Carol. van Mander Leven der Schilders*, Part. I. p. 118.= 136. *Carol. Patinus*, in *Relations Historiqves*, ed. *Basil.* 1673. 8. p. 155.=161.

— ad CANDIDVM) ortu Venetus, ICtus & Historicus Aquileiensis.

p. 93. ad Polydorum VERGILIVM.) *Crenii Animadv Philol. Part.* I. p. 63. *Part.* X. p. 202. *Part.* XIV. p. 130. & *Part.*

Digitized by Google

Part. XVII. p. 92. ſ. *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. I. p. 388. 390. 391. Tom. II. n. CLVI. CLVII. p. 1241. =1246. & Tom. III. n. CXXV.=CXXVII. p. 497.=499.

id p. 93. | 1521. | *Johannes* NEVIZANVS, Aſtenſis, ICtus, et Bibliographus Taurinenſis, hoc anno *Sylvam Nuptialem*, *Pariſ.* 1521. 8. edidit.

vid. *Panzirolus* de *claris LL. Interpretibus*, L. II. c. 155. p. 265. — *Bayle Dictionaire*, Tom. III. voc. (Jean) *Nevizan*, Iurisconſulte — *Terraſſon Hiſtoire de la Juriſpr.* Part. IV. §. V. p. 420. 421. *Freytag Analecta Litteraria*, p. 631.=633. & *Adparat. Litterar.* Tom. III. p. 329. 330. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1466. — *Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Jean) *Nevizan*, Iurisconſulte.

p. 94. ad GERBELIVM.) Penes me ſunt *Io. Brodaei Turonenſis in Oppiani de Venatione Libros Adnotationes.* poſt eius mortem edidit *Nicolaus Gerbelius*, *Baſileae apud Jo. Hervagium*, 1552. 8. quibus inuitus caruit eruditiſſ. *Schneiderus* in Praef. ad *Oppianum* p. IX. — *Gerbelii Graecia*, bonus liber et rarus. v. *Scaligerana Secunda*, voc. *Gerbelii*. — *Freytag Analecta Litteraria* p. 384.

p. 94. & 95. ad IONAM.) Effigies apud *Iac. Verheiden*, l. l. p. 37. — *Jo. Henr. Kindervatern Nordhuſa illuſtris*, *ſ. Beſchreibung gelehrter Nordhauſer. Wolfenbüttel*, 1715. 8. n. XXII. p. 119.=136. vnde corrigendi ſunt verſus

Dat vitrum vitro Jonae vitrum ipſe Lutherus,
Vt vitro fragili ſimilem ſe noſcat vterque.

p. 95. ad HADRIANVM VI.) Quamquam iam antea *Quaeſtiones Quodlibeticas*, *Lovanii* 1515. fol. & in *Quartum Sententiarum* Commentarium, *Pariſ.* 1517. fol. emiſerat. — lin. 16. cuius imagini qui ſubſunt verſus, ſunt *Petri Burmanni*, maioris. v. eius *Poëmatum* L. IV. p. 339. — *Io. Matthi. Schröckh Allgemeine Biographie*, *vierter Theil. Leben des Pabſts Adrian des Sechſten*, p. 399.=406. — *Levensbeſchryving van eenige voornaeme Mannen*, Part. I. p. 191.=212.

ad p. 95. | 1521 | *Sebaſtianus de* ROTENHAN, Nobilis Franconicus, ICtus, et Hiſtoricus, eo anno *Reginonis*, Abbatis Prumienſis *Chronicon* edidit, *Moguntiae*, fol.

Nat. 1478.=Θ. 1532.

vid. *Freheri Directorium*, p. 22. ed. *Koehler.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1564.

ad p. 96. | circa 1522. | *Antonius* CORREGIUS, (*Antonio Allegri di Correggio*) excellentis ingenii & operae Pictor.

vid. *Richardſon Traité de la Peinture, et de la Sculpture*, Tom. III. p. 660. 682. — *Keysleri Itinera*, Tom. II. p. 551. & 572.

p. 96. ad *Iohannem de* INDAGINE.) *Haller Biblioth. Anatomica*, Tom. I. L. III. §. CXXXIX. p. 157. ſ.

p. 97. ad *Barthol. de* SALIGNIACO.) *Proſper Marchand Dictionaire Hiſtorique*, Tom. II. voc. *Salignac.* p. 182.

— ad CAMPANVM.) *Freytag Analecta Litteraria.* p. 196. 197.

ad p. 97. | 1522. | exciderat: *Henricus* EPPENDORPIVS, conterraneus meus, argumento Epiſtolae *Erasmi*, quam euulgaui in eius *Vita*, p. 23—25. Θ. poſt A. 1551.

v. *Bayle Dictionaire*, Tom. II. voc. (Henri d') *Eppendorf*, Gentilhomme Allemand. — *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. II. p. 1222. — *David Clement Bibliotheque Curieuſe*, Tom. VIII. p. 75.=79. (42.) qui meum de *Henr. Eppendorpii Commentarium* in epitomen redegit.

p. 97. ad BVCERVM.) Imago quoque apud *Iac. Verheiden* l. l. p. 73. — *Crenii Animadv. Philolog. Part.* VII. p. 157. 158. *Part.* VIII. p. 119.=128. 176. *Part.* XI. p. 114.=118. *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. I. n. CXXIV. CXXV. p. 255.=359. *Tom.* II. n. CL. p. 1230. & Tom. III. n. I. p. 193. & 195.

p. 98. ad BVGENHAGEN.) Icon quoque apud *Iac. Verheiden* l. l. p 34. — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. VII. p. 119. ſ. et *Part.* XI. p. 132.

p. 99. ad LATOMVM.) Sed A. iam 1519. 4. *Carmen* edidiſſe dicitur *Auguſtae Vindelicorum*, ſic inſcriptum: *Imperator Caeſar Maximilianus defunctus.* Eius *Enarrationum in Topica*

Digitized by Google

pica Ciceronis Argentorati apud *Oratorem Mylvium*, 1539. 8. editae penes me sunt. — Cf. *Freytag Adparat. Litterar.* Tom. III. p. 174. f. *Paquot Mémoires*, Tom. II. p. 110.=124.

ad p. 100. | 1523. | *Melchior* VOLMARVS, Rotweilo-Helvetius, ICtus, et Philologus mox Bituricensis, mox Tubingensis, Praeceptor et amicus *Bezae*. Eo anno edidisse dicitur *Parisiis Commentarium* in duo priores libros *Iliados Homericae* 4. Θ. 1561.

v. *Aegidii Menagii Anti Bailletus*, Part. II. n. CXXI. p. 170. 171. Tom. VII. *Judiciorum Bailleti.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1683.

p. 100. ad SAXIVM.) Icon quoque apud *Ranischium*, de cuius libro retulit *Erneſtius*, in *Biblioth. Nov. Theolog.* Tom. V. Part. X. n. V. p. 913.=920. — *Lebens Umſtände Hanns Sachſens mit deſſen Bilde und Poëtiſcher Sendung aus einen alten Holtzſchnitte beſchrieben.* (*Deutſche Mercurius*, II. *Stuk.* p. 90—97.)

p. 101. ad ACCVRSIVM.) *Catalog.* P. A. *Crevennae*, Tom. III. p. 252.

— ad IOVIVM.) *Scaliger* in *Scaligeranis Primis.* voc *Illuſtris.* & Paul. *Jovius.* — *Crenii Animadv. Philol. Part.* V. p. 163. *Part.* VI. p. 210. *Part.* X. p. 198. 212. — *Io. Alb. Fabricii Centuria Plagiarior.* n. XC. p. 93. — I. B. L. *Oſmont Dictionaire Typographique*, Tom. I. p. 374. 375.

p. 102. ad APIANVM.) *Crenii Animadv. Philol. Part.* XIX. p. 100. 101. — *Adam. Henr. Lackmanni Annalium Typographicorum Selecta quaedam capita, Hamburgi*, 1740. 4. p. 32.—36.

— ad CAESARIVM.) *Severini Boëthii de Conſolatione Philoſophiae Libros V. cum Johannis Murmellii & Rodolphi Agricolae Commentariis illuſtrans recognouit Coloniae, ex officina Eucharii Cervicorni.* MDXXXV. 8. item *Celſum* cum ſuis *Caſtigationibus, Haganoae*, 1528. 8. emiſit, quae editio repetita eſt *Salingiaci* 1538. 8. apud *Io. Soterem.*

p. 103. ad CAMERARIVM.) Eius Συμμικτα προβληματα graece & latine extant in *Gruteri Face Critica*, Tom. IV. p. 8—169. — *Scaliger* in *Scaligeranis Primis.* voc. *Camerarius.*

Digitized by Google

& in *Secundis*, eadem voc. item voc. *Rhenanus*. — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. I. p. 73. f. Part. II. p. 140—142. Part. III. p. 145.—148. *Part.* V. p. 22—24. 74. 197. *Part.* XI. p. 129. Part. XII. p. 133. 134. Part. XIX. p. 230. f. — *Nic. Comn. Papadopoli*, loc. laud. Tom. II. L. II. c. CXXXVI. p. 259. 260. *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. I. n. CXXXIV—CXLVII. p. 382.—404. *Tom.* II. n. CXLIX. p. 1227—1230. *Tom.* III. n. IX. p. 45—47. n. XXI. p. 80. 81. n. XCIX. p. 364.—370. 381.—383. n. CXXVIII. CXXIX. p. 500.—503. n. CLXI. p. 588. & n. CXCIX. p. 721.—726. — lin. 24. et adiecta eiusdem *Prolusionibus in Palaephatum*, *Lipsiae*, 1771. 8. p. 79.—102.

p. 104. ad CAPITONEM.) Attamen *Io. Barthol. Riederer*, in *Nachrichten zur Kichen-Gelehrten und Bücher Geschichte*, 4te Band, *Altorf.* 1767. 8. p. 1.—10. descripsit *Psalterium Ebraicum studio & opera huius Capitonis euulgatum*, *Basileae* 1516. — *Freytag Adparat. Litterarius*, Tom. I. n. CXXIII. p. 353.—355. — Auctor *Athenarum Rauricarum*, in *Professoribus Theologiae*, n. XVII. p. 10.—12. & in *Addendis*, p. 458.

p. 105. ad PFLVGIVM.) Imago ante *Schamelii Numburgum Literatum.* — Memorabilis est eius *Epistola* ad *Barthol. Amantium* A. 1534. scripta, quae extat in principio *Inscriptionum SS. vetustatis*, e qua cognoscimus, ipsum non satis intellexisse cuius illa vetustatis monumenta generis essent, quae *Apianus* conquisiverat.

p. 106. ad WILLICHIVM.) *Crenii Animadverf. Philolog. Part.* III. p. 230. — *Burc. Gotth. Struvius* in *Thesauro variae eruditionis*, f. *Bibliotheca Antiqva* A. 1705. mens. *Novembri*, p. 532.—534.

p. 107. ad BARLANDVM.) *Crenii Animadv. Philol. Part.* VII. p. 197.

— ad THYLESIVM.) *Lil. Gregor. Gyraldus*, *Dial. I. de Poëtis*, p. 543. *Oper.* — *Freytag. Adparat. Litterarius*, Tom. II. n. CIV. p. 1038. 1040.

— ad FINAEVM.) *Scaevol. Sammarthanus*, L. I. *Elogior* n. XXIII. p. 48. 49.

p. 108. ad CORDVM.) *Frid. G. Freytag Adparatus Lit-*

te-

terarius, Tom. II. n. XCVIII. p. 979.—982. & *Tom.* III. p. 79.

— ad PELLICANVM.) Cf. *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. p. 189. — Auctor *Athenarum Rauricarum*, *Basil.* 1778. 8. in *Professoribus Theologiae*, n. XIX. p. 17. 18. & in *Professoribus L. Hebraeae*, n. II. p. 442.

p. 109. ad DONATVM.) *Lil. Gregor. Gyraldus*, *Dial.* I. *de Poëtis*, p. 545. *Oper.*

p. 110. ad GVICCIARDINVM.) Numus eius extat in *Museo Mazzuchelliano*, Tom. I. Tab. XLVIII. n. II. ad p. 211. — *Iust. Lipsius* in *Notis* ad I. *Politic.* c. IX. p. m. 19. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 380. 381. — *Menckeniorum Bibliotheca doctorum militum*, n. CVI. p. 227.=229.

p. 111. ad BAYFIVM.) *Scaev. Samnarthani Elogior.* L. I. n. VIII. p. 22. 23. — *Ce qve dit Mr. Baillet, qve Lazare de Baif a fait des Epigrammes, n'est pas veritable. L'Anti Baillet* de *Menage*, Part. I. n. XLIII. p. 51. Tom. VIII. *Bailleti Iudicior.*) — *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. II. n. CIII. CIV. p. 1037.=1040. & Tom. III. n. LXXXV. LXXXVI. p. 311.=313.

— ad REGIVM.) vno anno citius commemorari potuisset, si mihi succurrisset, quae postea in manus meas, aliud agendo, inciderat eius *Responsio ad Theobaldi Billicani de verbis coenae dominicae, & opinionum varietate Epistola.* cui responsioni subscriptum est *Augustae Vindelicorum* 8. *Dec. Anno* MDXXV. *Theobaldi* autem *Billicani ad Vrbanum Regium*, qvae penes me est, Epistola prodiit *Wittembergae.* 1526. 8.

p. 112. ad SICHARDVM.) lin. 15. item *Disciplinarum liberalium orbem ex P. Consentio et M. Aurelio Cassiodoro*, *Basileae*, apud Io. Bebelium 1528. 4. et *Caelii Aureliani*, *Sicensis*, *Tardarum Passionum Libros V.* & *Oribasii Sardi*, *Iuliani Caesaris Archiatri*, *Euporiston Libros III. Basileae*, apud *Henr. Petrum* 1529. fol. emisit. — Auctor *Athenarum Rauricarum*, in *Professoribus Eloquentiae.* n. I. p. 308. =310.

p. 113. ad GNAPHEVM.) *Crenii Animadv. Philol.* Part. VIII. p. 61.

Digitized by Google

p. 113. ad *Academiam* MARBVRGENSEM.) *Jo. Guil. Kraft de origine & fatis Academiae Marburgenſis*, in eius *Obſervationum Sacrarum Faſciculo Octauo*, *Marburgi*, 1767. 8.

— ad *Johannem* BOVCHET.) Pictavienſis. Verſificator quoque Gallo-Francicus, iam ab A. 1507. clarus fuiſſe perhibetur, argum Abbatis *Gouieti*, in *Bibliotheca Francica*, Tom. XII. p. 436=439. v. quoque eumdem in *Bibliotheque Françoiſe*, Tom. XI. p. 242.=339. Nat. 1476.= .

p. 114. ad *Robert·* STEPHANVM.) *Roberti Stephani Tabulae de Schematibns* in *Rhetorica Phil. Melanchthonis*, & in *Eraſmum de duplici copia*, *Pariſ.* 1529. 8. *De recta graeci & latini Sermonis pronunciatione*, *Pariſ.* 1530. 8. (v. *Catal. Burmann.* octavo n. 1714. 1715.) *Anicii Manlii Severini Boëthii Commentarius in Topica Ciceronis*, tertia editio, *Pariſ.* 1535. ex officina *Roberti Stephani* 8. *Elucidarium Torrentini* auxit & edidit: *Dictionarium propriorum Nominum* virorum, Mulierum, Populorum, Montium, ceterorumque locorum. Pariſ. 1541. (v. *Proſper Marchand Dictionaire Hiſtorique*, Tom. II. voc. *Hermann. Torrentinus*, p. 285. 286.) — Imago quoque apud *Jacob Verheiden*, *l. l.* p. 126.=129. — vid. *Pauli Colomeſii Gallia Orientalis*, p. 22.=25. — *Crenii Animadv. Philol.* Part. XVI. p. 44.=46. — *Proſper Marchand Dictionaire Hiſtorique*, Tom. I. voc. (Robert) *Eſtienne*, où *Etienne*, p. 229.=233. — *Oſmont Dictionaire Typographique*, Tom. II. p. 229. 230.

p. 116. ad *Andream* ALTHAMERVM. lin. 26. et p. 1121. =1123.

p. 117. ad CRVCIGERVM.) Icon quoque apud *Verheiden*, l. l. p. 40.

— ad LONICERVM.) *lin.* 15. inſerantur: *Nicandri Theriaca & Alexipharmaca*, *latine vertit cum ſcholiis Coloniae*, *opera Johannis Soteris* 1531. 4. — *lin.* 28. et in *Boerhave Methodo Studii Medici*, p. 175.

— ad THORINVM.) *lin.* 34. in aedibus *Andreae Cratandri*, menſe Auguſto MDXXVIII. cui *de re Medica Volumini* inſunt. (1.) *Epheſii Peripatetici*, *& vetuſtiſſimi Archiatri artem medendi Iſagoge hactenus non viſa*, p. 1.=10. (2.) *Ori-*

ribaſii Sardiani Fragmentum de victus ratione, quolibet anni tempore vtili, antea nunquam editum, p. 10. 11. (3.) *C. Plinii Secundi* (vel potius Plinii Valeriani) *de re Medica Libri V. accuratius recogniti*, & (nothis ac pſeudepigraphis ſemotis) *ab innumeris mendarum millibus fide vetuſtiſſimi Codicis repurgati.* p. 12.=98. (4.) *L. Apuleii Madaurenſis, Philoſophi Platonici de herbarum virtutibus vere aurea & ſalutaris hiſtoria, e tenebris eruta, & a ſitu vindicata.* p. 99.=123. (5.) *Libellus vtiliſſimus de Betonica, quem Antonio Muſae quidam, nonnulli Apuleio adſcribendum autumant.* p. 124. 125. (Cf. *Fabricii Bibl. Lat.* L. II. c. XIII. p. 416. Tom. I.) Proximo quoque A. 1529. *Baſileae* apud *Andr. Cratandrum* prodiit *Epiphanii, Epiſcopi Cypri, de Prophetarum vita & interitu Commentarius Graecus, vna cum interpretatione e regione latina, Albano Torino* interprete 4. ⊖. 1549 vel. 1550. Adde: *Fabric. Bibl. Graec.* L. VI. c. 7. p. 578. *Vol.* XII. it. L. VI. c. IV. p. 44. *Vol.* XIII. — Auctor *Athenarum Rauricarum* in Profeſſoribus *Medicinae Theoreticae*, n. III. p. 206. 207. et in *Profeſſoribus Rhetoricae*, n. I. p. 283.

p. 119. ad DVBRAVIVM.) *Effigies virorum eruditorum atque Artificum Bohemiae & Moraviae vna cum brevi vitae operumque ipſorum enarratione*, Parte II. *Pragae* 1775. 8. p. 6. ſeq.

— ad GVINTERVM.) *Hallerus*, Tom. II. ad *Boerhavii Methodum*, p. 849. eum vulgari dialecto *Günther* appellat. — lin. 21. inſere: *Oribaſii Commentaria* in *Aphoriſmos Hippocratis*, primum latine, Pariſ. 1533. 8. apud *Simonem Colinaeum*, & *Alexandrum Trallianum*, latine, *Argentorati* 1549. 8 poſtea graece & latine, Baſileae 1556. 8. vid. *Fabricius* in *Bibl. Graec.* L. VI. c. 7. p. 578. *Vol.* XII. et in *Elencho veterum Medicorum*, p. 258. *Vol.* XIII. — *Hallerus* ad *Herm. Boerhaave Methodum Studii Medici*, Tom. I. p. 499 500. et Tom. II. p. 849. in *Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. IV. §. CLVII. p. 174. & in *Bibliotheca Medicinae Practicae*, Tom. I. L. IV. n. CCXXXIV. p. 517=519.

p. 120. ad HALOANDRVM.) lin. 3. poſt: hoc anno, inferatur: *Inſtitutionum ſ. Elementorum D. Iuſtiniani Libros quatuor, Norembergae*, 1529. 4. & — Eius imago cernitur

tur in limine *Franc. Caroli Conradi Parergorum.* — *Pantaleon Prosopograph.* Part. III. p. 176. — *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. n. XCI. p. 331.=335.

p. 121. ad CLENARDVM.) *Scaliger* in *Scaligeranis Primi*, voc. *Clenardus.*

— ad RINGELBERGIVM.) *Opera* eius *apud Gryphium* 1531. 8. laudat *Catal. Bibl. Burmann. Octavo*, n. 1955. Nat. 1499. circiter = . v. *Paqvot Mémoires*, Tom. IV. p. 440. =448.

p. 122. ad GRAPHAEVM.) lin. 18. edidit pro monstroso *edididit.* Eius imaginem conspiciendam dedit *Dan. Gerdes* in *Historia Euangelii renovati*, §. VI. ad. p. 20. — *Freytag Analecta Litteraria*, p. 396. — *Paqvot Mémoires*, Tom. VI. p. 187.=196.

p. 122. ad ALCIATVM.) lin. 26. inserendum est adiunctum: summam. Non enim nego longe maturius seu Monumentis colligendis, seu *Praetermissis*, *Dispunctionibus*, *Declamationibus*ue suis ad illud sibi culmen sensim paulatimque viam muniisse. Ab Anno certe 1508. iam ad scribendum animum suum adiunxisse videri, vel subscriptio Praefationis *Monumentorum Mediolanensium*, mei saltem exempli, docet. Neque veritas illius anni, aetatis tum *Alciatinae* sexto & decimo anno elevari debuerat a viro docto, *Iuglero*, quandoquidem vel *Hugonis Grotii*, *Martianum Capellam* Anno aetatis quarto & decimo edentis, exemplum minoris adhuc aetatis fidem praestat. Sic etiam *Bononiae*, Annum 1513. subscripserat Praefationi *in tres posteriores Codicis Iustiniani Libros Annotatiunculis* praemissae p. m. 554. edit. *Paradoxorum* eius *Lugdun.* 1546. 8. — Imaginem quoque eius praeferunt *Franc. Caroli Conradi Parerga*, *Helmstadii*, 1740. 8.

vid. *Scaliger* in *Scaligeranis Secundis.* voc. *Alciat.* — *Bayle Remarques Critiques sur le Dictionaire de Moreri*, voc. Alcia. — *Goniet Bibliotheque Françoise*, Tom. VII. c. 3. p. 77.=86. — *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. II. n. XVI. p. 761.=764. et *Tom.* III. n. CXIIX. p. 466.=468. — *Jo. Frid. Iglers Beytraege zur Juristischen Biographie*, Tom. III. Part I. n. III. p. 14.=43. cui tamen p. 36. 37. n. 18. ignotum fuisse videtur, quid hac in causa, vel a me, *Lipsiae*, 1746. vel

vel a *Francisco Antonio Zacharia*, Mediolanensi 1747. actum fuerat.

p. 124. ad BONAMICVM.) lin. 8. Foroiuliensis, pro Foroiulienis. *Crenii Animadv. Philolog.* Part. IV. p. 60.=67. & *Part.* IX. p. 138. s. — *Vita Lazari Bonamici a Jo. Baptista Verci conscripta*, *Venetiis* 1770. 8.

p. 125. ad FRACASTORIVM.) *Syphilin* eo anno, *Veronae* 4. et de *vini temperatura* librum *Venetiis*, 1534. 4. edidit. vid. *Scaliger* in *Scaligeranis Primis*, voc. *Fracastorius*. — *Fabricius* in *Elencho Medicorum*, p. 190. Vol. XIII. *Bibl. Graecae*. — *Herm. Boerhavii Methodus studii Medici*, ex recognitione *A. Halleri*, Tom. II. p. 582. s. 679. 846. *Haller* in *Biblioth. Medicinae Practicae*, Tom. I. L. IV. n CCXXXVII. p. 522. 523.

ad p. 125 | 1530. | *Bartholomaeus* CAVALCANTIVS, vel CAVALCANTES, Patricius Florentinus, Rhetor, & Philologus Patavinus, arg. *Vossii* de *Scient. Mathemat.* c. LXXI. §. 14. p. 424. Nat. 1503.=o. 1562.

vid. *Io. Matth. Toscani Peplus*, L. IV. n. CLXI. p. 494. s. — *Nic. Comneni Papadopoli*, l. l. Tom. II. L. II. c. XI. p. 213. 214. — *Gibert Jugemens sur les Auteurs de la Rhetorique*, p. 187.=189. Tom. III *Judiciorum Bailleti*.

p. 127. ad SADOLETVM.) *Crenii Animadvers. Philolog.* Part. II. §. VI. p. 17. 18. Part. XI. p. 182. 183. — *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. n. LVI=LVIII. p. 219.=231.

p. 128. ad Iul. Caes. SCALIGERUM.) *Ioseph. Iustus Scaliger* subinde in *Scaligeranis* suis *Primis*, & *Secundis*, veluti in *Primis*, vocibus: *Brugnolus. Langve. Lingva Hebraica. Mathematici.* Jos. *Scaliger.* in *Secundis*: voc. *Burdonius* & Ioseph. *Scaliger.* — *Scaevol. Sammarthanus*, L. I. *Elogior.* c. XXVII. p. 53.=56. — *Crenii Animadv. Philolog. Part.* IV. §. VI. p. 205. 206. *Part.* V. p. 131. s. 213. s. *Part.* VI. p. 91. s. *Part.* XI. p. 19. 20. *Part.* XIII. p. 120. & *Part.* XVIII. p. 35. — *Fabricius* in *Elencho Medicorum veterum*, p. 305. Vol. XIII. *Bibl. Graec.* — *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. n. CLXV. p 599.=602. — *Haller Biblioth. Anatomica*, Tom. I. L. IV. §. CXCIII. p. 211.

Digitized by Google

p. 130. ad CONTARENVM.) *Scaliger*, in *Scaligeranis Primis*, voc. *Contarenus.* — *Freytag Adparatus Litterarius.* Tom. III. p. 239.

p. 131. ad FLAMINIVM.) *Scaliger*, in *Scaligeranis Primis*, voc. *Flaminius.* — *Des Traductions de Marc-Antoine Flaminius*, in *Gouiet Bibliotheqve Françoiſe*, Tom. VII. c. 3 p. 66.

p. 132. ad SPERONIVM.) *Io. Alb. Fabricii Centuria Plagiariorum*, n. XXVII. p. 34.

— ad TRISSINVM.) Iam A. 1524. Tragoediam *Sophonisbam Romae*, forma qvarta. item *Rime*, in *Vicenza*, 1529. 4. ſcripſiſſe dicitur, ſi fides habenda I. B. L. *Oſmonto* in *Dictionaire Typographiqve*, Tom. II. p. 283. 284.

p. 133. ad VERGERIVM.) Imago eius apud *Jac. Verheiden*, l. l. p. 151.=155. — *Freytag Adparatus Litterarius.* Tom. III. n. CXXXV. p. 532.=535. — *I. B. L. Oſmont Dictionaire Typographiqve*, Tom. II. p. 313.=315.

p. 134. ad RVELLIVM.) Superiori iam anno *Celſum* & *Scribonium Largum de Compoſitionibus Medicamentorum*, *Pariſ.* 1529. Fol. vulgauit. — *Scaev. Sammarthanus*, L. I. *Elogior.* n. VI. p. 18. 19. ed. *Heum.* — *Haller* in *Herm. Boerhavii Methodum Studii Medici*, Tom. I. p. 172.

p. 134. ad MAROTEM.) Anno certe 1533. edidit non multum diſſimilis ſui hominis *Franciſci Villonis* opera. *Les Oeuvres de Françoys Villon, de Paris.* vid. l'*Abbé Gouiet Bibliotheqve Françoiſe*, Tom. X. p. 418. vbi etiam quae ſcripſit de *Marotis* patre *Johanne*, & filio *Clemente* lectu non iucunda ſunt. Tom. XI. p. 1=86. & Tom. XII. p. 418.= 422. — add. *Scaev. Sammarthan.* L. I. *Elogior.* c. XIV. p. 33.=35.

p. 135. ad TIRAQVELLVM.) *Scaev. Sammarthan.* L. I. *Elog.* c. XXIX. p. 58. 59. — *Terraſſon Hiſtoire de la Jurisprudence*, Part. IV. §. IX. p. 454. 455.

p. 136. ad VATABLVM.) *Scaliger*, in *Scaligeranis Primis.* voc. *Vatablus*, & in *Secundis*, voc. *Vatabli.* — *Pauli Colomeſii Gallia Orientalis.* p. 8.=11. — *Io. Alb. Fabricii Centuria Plagiariorum* n. LXIX. p. 77. — I. B. L. *Oſmont Dictionaire Typographiqve.* Tom. II. p. 308.

p. 137. ad PAGNINVM.) *Scaliger*, in *Scaligeranis Secundis.*

Digitized by Google

dis. voc. Santes *Pagninus.* — *Freytag Adparatus Litterarius.* Tom. III. n. XLIV. p. 177.=182.

— ad BALEVM.) Imago eius apud *Jac. Verheiden*, l. l. p. 146.=150. I. B. L. *Ofmont Dictionaire Typographiqve*, Tom. I. p. 70.

p. 138. ad AGRIPPAM.) *Querela ſuper calumnia ob declamationem de vanitate Scientiarum, & de incertitudine, & vanitate ſcientiarum Declamatio* 1531. & 1533. 8. (in *Auctario Catal. Bibl. Traiect. Miſcell.* p. 25.) *H. Corn. Agrippa de occulta Philoſophia*, Coloniae 1533. fol. (*Catal. Bibl. Trai.* p. 63. et *Catal. P. Ant. Crevennae*, Vol. II. p. 87.) *Agrippae Operum pars poſterior*, Lugduni, 8. (*Catal. Bibl. Trai.* p. 115.) vid. *Scaliger*, in *Scaligeranis Primis.* voc. *Agrippa.* — *Crenii Animadv. Philol.* Part. V. p. 133. — *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. I. n. X. XI. p. 37.=42. & Tom. III. p. 148. it. n. XXXVI. p. 150. 151. — *Ofmont Dictionaire Typograph.* Tom. I. p. 11.

p. 139. ad BRENTIVM.) Ineditae Epiſtolae apud *Crenium Anim. Philol.* Part. III, p. 146. Part. X. p. 221.=227. add. *Part.* XIX. p. 86. 87.

— ad CARIONEM.) *Georg. Sabinus* in *Epitaphio Joannis Carionis* IV. *Elegiar.*

Haec tibi poſt obitum ſtatui monimenta Sabinus
Nominis vt viuat, Cario, fama tui.

p. 140. ad COPERNICVM.) *Crenii Animadv. Philolog.* Part. IV. p. 192. — *Nachricht von Nic. Copernik mit deſſen Bildniſſe*, (*Deutſche Mercurius*, 1776. IV. Stük p. 169.)

p. 141. ad GRYNAEVM.) Imago ap. *Iac. Verheiden*, l. l. p. 60. — Eius Epiſtola non magni momenti extat ap. *Crenium Anim. Philol.* Part. XVI. §. VI. p. 54. f. — *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. p. 497. f. — Auctor *Athenarum Rauricarum*, in *Profeſſoribus Novi Teſtamenti.* n. II. p. 69.=72.

p. 142. ad MICYLLVM.) *Freytag Adparatus Litterarius.* Tom. III. p. 381. & 386.

— ad MVNSTERVM.) Icon apud *Iac. Verheiden*, l. l. p. 63. — Editionem *Coſmographiae* eius rariſſimam *Baſil.* 1569. fol. deſcripſit *Adam. Henr. Lackmannus* in *Annalium Typo-*

Digitized by Google

graphicorum selectis quibusdam Capitibus. c. XII. p. 160. — vid. *Scaliger* in *Scaligeranis Secundis.* voc. *Munsterus.* — *Crenii Animadv. Philolog. Part.* V. p. 162 f. Part. VII. §. V. p. 93=114. 129. 130. — Auctor *Athenarum Rauricarum*, in *Professoribus veteris Testamenti.* n. III. p. 22=24. & in *Professoribus L. Hebraeae*, n. III. p. 442.

p. 144. ad DRACONITEM) Cf. *Freytag Adparat. Litter.* Tom. III. n. VII. p. 36=40.

p. 145. ad ELIAM.) *Vita Eliae Levitae, Germani eiusque Neostadiensis ad Aissum, auctore Ge. Christo. Oertel, Neostadiensi ad Aissum.* 1776.

— ad LEONEM.) LEO IVDA vel IVDAE. *Crenii Animadv. Philolog.* Part. XV. p. 52.

p. 146. ad PARACELSVM.) *natus in pago Gaiss*, inquit *Haller*, ad *Boerhavii Methodum Studii Medici*, Tom. II. p. 587. *ex familia Höhiner etiamnum superstite.* vid. *Scaliger* in *Scaligeranis Primis* voc. *Paracelsus.* — *Fabricius* in *Elenchis Medicorum*, p. 434. 435. Vol. XIII. *Bibl. Gr.* — *Freytag Analecta Litteraria*, p. 973. 974. — *Haller* ad *Boerhavii Method.* Tom. II. p. 587. 720. 721. 848. 849. *Bibliotheca Medicinae Practicae*, Tom. II. L. V. n. CCXLVIII. p. 2.=12. & *Biblioth. Chirurgica*, Tom. I. L. IV. §. C. p. 183.=185. Auctor *Athenarum Rauricarum*, in Professoribus *Medicinae.* n. VI. p. 170.=173. — *Nachrichten von Theophrastus Paracelsus, mit dessen Bilde.* (*Deutsche Mercurius* 1776. III. Stuk p. 85. 281.)

p. 148. ad LONGOLIVM.) Eius in *Elegantias Laur. Vallae* Scholia exhibet editio mea *Basileensis per Nicol. Bryling* 1545. 8. — vid. *Cannegieterus* in Praefat. ad *H. Harii Librum Tristium*, p. XII. & in *Indice.* voc. *Longolius.*

p. 149. ad Acad. CORONIENSEM.) leg. CORONENSIS.

p. 150. ad GAVRICVM.) *Scaliger*, in *Scaligeranis Secundis*, voc. *Gauricus.* — *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. n. CCIII.=CCV. p. 733.=759.

p. 151. ad SERVETVM.) Cf. *Haller Biblioth. Anatom.* Tom. I. L. IV. §. CLXXXI. p. 204. — *I. B. L. Ortmann*

Digitized by Google

mont Dictionaire Typographique Tom. II. p. 207. 208.

p. 152. ad PICTORIVM.) In Epiſtola ad *Vdalricum Wirtnerum* praemiſſa ſe vocat *apud nobile Briſacogeae Friburgum Scholaſticae iuuentutis moderatorem.*

— ad STVRMIVM.) corrige: Eiffalanus, ditionis Treuirenſis. — *Crenii Animadverſ. Philolog.* Part. I. p. 32. *Part.* VI. p. 142. ſ.

ad. p. 152. | 1531. | *Wolfgangus* MVSCVLVS, Duſa-Lotharingus, Theologus Zwinglianus, & Philologus Bernas, eo anno Auguſtam Vindelicorum venit Euangelii nunciandi & interpretandi cauſa.

Nat. 1497.=☉. 1563.

Icon eius in *Boiſſardianis* Tabulis, n. CLXXXIX. apud *Iac. Verheiden*, l. l. p. 99.=102. & in numo *Muſei Mazzuchelliani*, Tom. I. Tab. LXVIII. n. III. ad. p. 318.

vid. *Pantaleonis Proſopographia*, Part. III. p. 363.=366. vbi *relicta*, inquit, *textrina ad Theologiae ſtudia ſe applicuit.* — *Pope-Blount*, p. 621.=623. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 399. n. 849. de eius *Anti-Coddaeo*, in *Satires Perſonelles* Tom. VI. *Jugemens*, n. 11. §. 2. p. 31. 32. — *Bayle Dictionaire*, Tom. III. voc. (Wolfgang) *Muſculus*, Theologien. — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. VII. c. III. §. IV. p. 147.=154. — *Gottl. Krantzius* ad *Conringium*, l. l. Saec. XVI. c. I. p. 161. (z.) *Io. Fabricii Hiſt. Bibi.* Part. I. p. 99. 100. 349. et Part. II. p. 202. ſ. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1461.

p. 154. ad BLAVRERVM.) Cf. *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. p. 195.

p. 154. ad SABINVM.) diſcipulus *Philippi Melanchthonis* teſte ipſo *G. Sabino*, II. *Elegiar* in *Hodoeporico Itineris Italici:*

Qui rude formaſti teneris Praeceptor ab annis
Artibus ingenium per duo luſtra meum.

Idemque eius gener, primus Academiae Regiomontanae Rector, teſte *Georg. Chriſto. Piſanskio* in *Hiſtoria Literariae Pruſſiae* Part. II. §. 19. p. 30. §. 26. p. 41. — vid. *Crenii Animadverſ. Philol.* Part. VI. p. 209.=216. vbi eius Epiſto-

la ad *Sleidanum*. Cf. *Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. p. 373. et 378.

ad p. 155. | 1531. | *Jacobus* SPIEGELIVS, Seleſtadienſis, Beati Rhenani ſororis Filius, ICtus, & Philologus, hoc anno *Guntheri Ligurinum* Argentorati fol. edidit. Annum vero 1537. ſubſcripſit Scholiorum ſuorum Praefationi ad *Antonii Panormitae de dictis & Factis Alphonſi Regis Arragonum* Libros, quae ſcholia in nova editione *Io. Felicis Paleſii*, *Patavini*, *Facis Criticae Gruterianae*, Tom. II. p. 24.=176. ſuis *Panormitae* librorum locis inſerta leguntur.

p. 156. ad MEYERVM.) *Paquot Mémoires*. Tom. VII. p. 136.=143.

p. 157. ad NOGAROLAM.) *Scaliger*, in *Scaligeranis Secundis*. voc. *Nogarola*.

p. 157. ad CALVINVM.) *Scaliger*, in *Scaligeranis Primis*, voc. *Calvinus*, & *Secundis*, voc. in *Apocalypſin*, *Calvin.* — p. 158. lin. 7. *de Artibus Liber*. p. 246. & — add. *Crenii Animadv. Phil. Part.* XI. p. 135. cur in Apocalypſin neque ſcripſerit, neque interpretatus ſit, *Part.* XV. p. 111. 112. — *Catal. Bun.* Vol. III. p. 2156. — *Levensbeſchryving van eenige voornaame Mannen* &c. Part. I. p. 1.=27.

p. 158. ad *Leonard.* FVCHS.) *Scaliger*, in *Scaligeranis Primis*. voc. *Fuchſius*. — *Haller* in *Methodum Boerhavianam ſtudii Medici*, Tom. I. p. 173. ſ. *Bibliothec. Botanica*, Tom. I. L. IV. § CLXXVIII. p. 201. 202. *Biblioth. Medicinae Practicae*, Tom. I L. IV. n. CCXXXVIII. p. 523.=527. & *Bibliothec. Chirurgica*, Tom. I. L. IV. §. CIV. p. 189. 190.

ad p. 158. | 1532. | recenſeri debuerat *Herm.* CRVSERVS, qui infra ad 1550. commemoratur.

p. 159. ad MANVTIVM.) *Scaliger* in *Scaligeranis Primis*. voc. Paul. *Manutius*, & in *Secundis*. voc. *P. Manuce.* — *Io. Alb. Fabricii Centuria Plagiariorum*, n. XXXV. p. 42. 43.

p. 162. ad TALAEVM.) *Talaei Admonitio ad Adr. Turnebum*, Pariſ. 1556. 8. indicatur in *Catal. Burman. Octav.* n. 968.

— ad AGRICOLAM.) *Scaliger*, in *Scaligeranis Primis*. voc. *Agricola*, & *Erasmus*. item in *Secundis*, voc. *Agricolam.* — *Frid.*

Frid. Gotth. Freytag Adparatus Litterarius, Tom. II. n. XII. p. 750.=752. — *Catal. P. A. Crevennae*, Vol. II. p. 124. — *Osmont Dictionaire Typographique*, Tom. I. p. 10. 11.

p. 163. ad CORNARIVM.) *Hippocratem* quoque ad vetustos Codices collatum graece edidit, Basileae 1538. fol. cum *Galeni Glossis Hippocratis*, a p. 542.=562. vid. *Fabric.* in *Elencho Medicorum Veterum*, p. 252. Vol. XIII. *Bibl. Graec.* — *Haller Bibliotheca Medicinae Practicae*, Tom. I. L. IV. n. CCXXX. p. 512. 513.

p. 165. ad GELENIVM.) *Crenii Animadv. Philolog.* Part. VII. p. 7. *Part.* IX. p. 220.

p. 166. ad *Viglium* ZVICHEMIVM.) Non *Vigilius* scribitur, sed constanter *Viglius*, atque bifariam nomen eius sic edi solet, mox: VIGLIVS AYTA A ZVICHEM, mox: VIGLIVS ZVICHEMVS ab AYTA (vulgo: *Viglius van Aytta van Zuichem.*)

Imago eius cernitur frequenter in numis, a *Ger. Loonio* euulgatis, in *Numis Historicis*, Tom. I. L. I. ad A. 1559. p. 42.=44. & p. 55. 56. — vid. Synopsis Chronologica Viglii in *Analect. Belgic. Cornel. Paul. Hoynck van Papendrecht*, Tom. I. — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. XIV. p. 27. — *Terrasson Histeire de la Jurisprud.* Part. IV. §. IV. p. 389. — *Cannegieter*, in *Indice* ad H. *Harii Tristium* Libros, voc. *Viglius.* — *Levensbeschryving van eenige voornaame Mannen*, Part. IV. p. 75.=88.

p. 168. ad TRINCAVELLAM.) *Freytag Adparat. Litterarius*, Tom. III. n. CLVIII. p. 581.=583. — *A. Haller Bibliothec. Medicinae Practicae*, Tom. II. L. V. n. 262. p. 46.=48.

— ad GYRALDVM.) Edidit quoque graece et latine *Sethi Simeonis, Magistri Antiochiae Syntagma de Cibariorum facultate*, Basileae 1538. 8. sub titulo: Συμεωνος Μαγιστρε Αντιοχειας τε Σηθι Συνταγμα κατα στοιχειον περι τροφων δυναμεων. vid. *Scaliger*, in *Scaligeranis Secundis.* voc. Lilius *Giraldus.* — *Freytag Adparat. Litterar.* Tom. III. n. CXIV. CXV. p. 441. =453.

p. 170. ad *M. Hieronymum* VIDAM.) *M. Hieronymi Vidae*, *Cre-*

Digitized by Google

Cremonenſis, *Albae Epiſcopi*, *Opera*, *Cremonae* 1550. 8. de qua editione ſigillatim egit *de Sallengre Mémoires de Literature*, Tom. I. Part. I. Art. X p. 135.=139. — *vid. Scaliger*, in *Scaligeranis Primis*. voc. Hieronymus *Vida*. — *Gouiet Bibliotheque Françoiſe*, Tom. VII. c. IV p. 92.=102. Tom. VIII. p. 404. — *Oſmont Dictionaire Typographique*, Tom. II. p. 321.

Eius vero *Chriſtiados* data opportunitate, haudquaquam poſſum, vt ſoliuagae τῶπάνυ *Io. Alb. Fabricii* chartae, quae cum *Gruteri Face Critica*, manu eius notata, ad me peruenerunt, omniumque eiusmodi carminum epicorum, ad exemplum Homeri & Virgilii effictorum, indicem κατὰ στοιχεῖα exhibent, aut diutius errent, aut aliquando fortaſſis intereant. Proinde hoc Emblema Lectoribus meis non ingratum fore ſpero. Eſt autem huius formulae:

Multi exemplo Iliadis Homericae, *vel Aeneidos Virgilianae*, *vel Achilleidos Statianae excitati recentiori aeuo ſub ſimili titulo ingenii ſui monumenta edere inſtituerunt*:

Albertini Muſſati *Achilleis*, atque *Eccerinis*, duae Tragoediae, de quibus dixi in Bibliotheca mediae Latinitatis.

Antonii Gariſſolii *Adolphidos*, ſiue de bello Germanico, quod Guſtavus Adolphus geſſit, Poëma. Montelbani, — 1649. 4.

Philippi Gualteri *Alexandreis* de rebus geſtis Alexandri M. Libri X. circa A. C. 1171. ſcripti, carmine heroico, de quibus T. 3. Bibl. Lat. Medii aevi p. 328.

Libros *Alexandreidos* carmine ſcriptos ab Hadriano Imp. nescio quo auctore tradit Mandoſius, Tom. 2. Bibl. Roman. p. 219.

Arriani Poëma Graecum heroicum Libris XXIV. cui titulus Ἀλεξανδρίας, a Suida memoratur.

Francisci Remundi, S. I. *Alexias*, Neapoli. 1719. form. minore.

Camilli Querni, qui Leonem X. Archipoëta delectus, *Alexiadem* ſupra viginti millibus verſuum ab eo decantatam memorat Jovius in Elogiis, p. 156.

Gabrielis Chiabrera *Amedeida* al Sereniſſimo Carolo Emanuel, Duca di Savoia. Genoua 1620. 4. et inter Chiabrera Poëmata, Romae 1718. 8. Pa-

Digitized by Google

Paſchalis Robini *Angiade*, où hiſtoire de Aniou. vide Crucimanii Bibl. Gallicam p. 403.

Joſephi Iſcani Devonii *Antiocheidem*, de bello Antiocheno, laudatam Camdeno in Britannia, & Jo. Lelando, nemo hactenus in lucem protulit.

l'*Aſincide* de Pier Giuſeppe Giuſtiniano, Poëma ineditum, memoratum Soprani, p. 243. Scriptorum Liguriae.

Antoniados de S. Antonio Libros IV. ad Eugenium IV. ſcripſit Mapheus Vegius.

Antoniniados Libros XXX. Gordianus ſenior Imper. de vita Imperatorum Antonini Pii et Philoſophi verſibus diſertiſimis iudice Capitolino in Gordianis c. 3.

Sigismundi Guindani *Auſtriados* de rebus Caroli V. Libri XXIV. A. 1551. vid. Ariſium Tom. 2. Cremonae Literatae T. I. p. 125. Diarium Venetum eruditorum Italiae. Tom. 13. p. 216.

Richardi Bartholini *Auſtriados*, ſeu de Bello Norico Libri XII. cum Guntheri Ligurino Argentor. 1531. & in Iuſti Reuberi Scriptoribus, cum Ioachimi Vadiani notis, Francof. 1584. Hanov. 1619. Francof. 1726. fol. (*)

Ioſephi Magdalenae, Panormitani, *Barcellionade*, Poëma eroico e macheronico, Panormi 1653. 4.

Timothei Botonii, Ord. Praed. *la Baſilidiade*, Storia de i quatro libri de i Regi, in verſi Toſcani ſciolti. Memorat Iacobus Echard, in Bibl. Scriptorum Dominicanorum, Tom. 2. p. 304.

P. Nicolai Alexii, Ord. Praed. *Baſiliadis* Libri IV. carmine latino. Id. p. 273.

Belgidos de bello A. 1629. geſto in Belgio, Harlem. 1631. 4.

Petri de Ponte Ceci *Bertiniados* Libri IV. Pariſ. 1610. 4.

Virgilii Gleiſſenbergii *Boleſlaidos*, de Beleſlao Secundo, Poloniae Rege, qui S. Stanislaum occidit Libri VI. Ratisbonae 1722. 8. (**)

Jo.

(*) *Auſtriados* Libri II. Joachimi Mynſingeri, Baſil. 1540. 4. et *Neccharides* Eiusdem, ibid. eod. Ann. 4. (*Sax.*)

(**) Melchior. Barlaei *Brabantiados* Libri V. *Antwerp.* 1564. 8. (*Sax.*)

Digitized by Google

Joannis Morocurtii *Brunoniados*, ſive de vita S. Brunonis, Libri IV. Antwerp. 1640. 4.

La *Buccbereide* di Lorenzo Bellini, Fiorentino, Poëma *in* laudem variolarum.

Sylveſtri Gyraldi Libri *Cambreidos*. vide Bibl. Mediae Latinitatis (Tom. III. p. 183.)

Hugolini Verini, Florentini *Carliados*, de geſtis Caroli M. Libri XV. Giornale de' letterati d'Italia, Tom. 26. p. 437.

Martini de Ibarra *Caroleidos* Libri IV.

Thomae Mezleri, Benedictini, qui A. 1655. diem obiit, *Carolidos*, de rebus Caroli V. Imp. Libri XII. ab auctore deinde flammis dati, & numquam editi. vide *Io. Georg.* Schelhornii Amoenitates Literarias, Tom. 7. p. 154.

Caeſaris Gregorii Scotti, Senenſis, *Caſſianeis*, ſive Poëma, de balneo S. Caſſiani, Senis vicino. Romae 1704. 4.

Bonaventurae Moroni *Cataldiados* Libri VI. de S. Cataldo, Tarentino Archiep. Poëma ſacrum, carmine latino heroico. Romae 1614. 4.

Didaci de Peira d'Andrada *Chauleidos* Libri XII. carmine heroico de obſidione arcis Chaul Luſitanicae in India Orientali.

Hieronymi Vidae *Chriſtiados* Libri VI. carmine heroico, inter eius poëmata ſaepius editi, & Italica etiam Metaphraſi donati a Camillo Bernardo, et Alexandro Lamo. vide Ariſium T. 2. Cremonae Literatae, p. 320. 330.

Didaci de Oſeda, Ord. Praed. la *Chriſtiada*, de vita Chriſti, XII. Libris poëma Hispanicum, Hiſpali. 1611. 4.

Alexandri Roſſaei, Aberdonenſis, S. I. *Chriſtiados*, ſive Virgilii Evangelizantis Libri XIII. Roterod. 1653. 12. poſt alias editiones, Lipſ. 1713. 12. *Bau Zum Reiche Gottes*, Tom. III. p. 180.

Roberti Clarke *Chriſtiados* L. XVII. Brugis 1670. 8.

Jo. Glocki *Chriſtiados* priſcae et novae Libri XII. Vrſellis 1602. 8.

D. Io. Conradi Dannhaueri *Chriſteis*, non poëma eſt, ſed hiſtorico more res et fata Eccleſiae Chriſtianae perſequitur.

Joachimi Beuſtii *Chriſtiados* libellus (*Viteberg.* 1571. 8.) notiſſi-

tiſſima illa diſticha memoriae tradi ſolita a pueris, & Euangelicis pericopis anniuerſariis praemiſſa continet.

Michaëlis Cappellarii, Bellunenſis, qui A. 1706. ex hac vita deceſſit, *Chriſtinais*, ſeu Chriſtina luſtrata, Patav. 1700. 4. Poëma heroicum Libris XII. quo poëtice ſtylo pereleganti, ſed duriuſculo, geſta celeberrimae Reginae complectitur, iudice Nic. Comneno Papadopoli, Tom. II. Hiſtor. Gymnaſii Patavini, p. 144. vide et Diarium Venetum eruditorum Italiae, T. 28. p. 383.

Jo. Caeſaris Stellae *Columbeidos* libri, & Laurentii Gambarae de nouo orbe terrarum per Columbum inuento. vid. Nic. Comnenum Tom. 2. Gymnaſ. Patavini, p. 325.

Vincentii Littarae, Siculi, *Conradiados* libri adhuc inediti.

Ioannis Campani *Czechias*, de ducibus regibusque Bohemiae Gorlicii 1653. 8.

Daneidum, ſive de rebus Danicis Libri IV. carmine Heroico ſcripti a M. Ioh. Seccervitio, Profeſſore Academ. Gryphiswaldenſis, Stetini, 1581. 8.

Dauideis Libris IV. de rebus Davidis. Poëma Anglicum Abrahami Cowley, London 1681. 8. et inter eius Opera.

La *Dunciade* de Mr. Pope, ſive carmen, quo Ariſtarchos ſuos tamquam Duncios et mentis non bene ſanae homines naſo ſuſpendit, cum Prolegomenis ſub Martini Scribleri nomine, et parallelismo Popii ac Drydenii. Lond. 1729. Biblioth. Raiſonnée, T. 3. p. 218.

Eccerinis. vide ſupra in *Achilleis*.

Faneidis, ſeu de bello Fanenſi Libri tres carmine heroico, Octavio Cleophilo auctore, Romae 1490.

Hippolyti Pantocii, ord. Min. *Feltriadem* ad Guidum Vbaldum Feltrii et Vrbini ducem memorat Lucas Waddingus, in Bibliotheca Franciſcanorum, p. 176.

Eliae Schedii *Franceidos* Libri XII. quos heroico carmine latino reliquit paratos prelo, lucem necdum viderunt.

Franciade de Jean Godart, Pariſien. Tragedie. In eius Opusculis ad Henricum IV. Lugd. 1594. 8.

Petri Ronſardi *Franciados* libri. poëma gallicum, quod plane cum Iliade Homeri, & Virgilii Aeneide comparandum celebrat Lambinus ad Horatii Artem Poëticam, vbi Speci-

mina ex illo profert cum Latina Metaphrasi *Joannis Aurati*.

La *Franciade* Orientale Gabrielis du Preau, sive Prateoli, Paris. 1573. fol. non poëma est, sed gallica versio Librorum Guilielmi Tyrii.

Petri Josset, Burdegalensis, S. I. *Franciados*, sive Annalium Francicorum Tomus I. carmine Epico, Rupellae, 1640. 4.

Laurentii le Brun, Nannetensis, S. I. *Franciados* Libri duo carmine elegiaco calamitates Nouae Franciae exponunt, & auxilium flagitant, Paris. 1653. 12.

Franciſci Mauri *Franciſciados* Libri XIII. Antwerp. 1572. 8.

Priami Capotti, Siculi, Lilybaetani, *Fridriceis*, ad Friderici cum Saxoniae Electorem, siue Encomium heroicum in laudem Friderici I. Marchionis Misnensis, ob victum *Adolphum* Imperatorem et Suevicum exercitum, e ditione sua profligatum, Lipsiae 1488.

Grittiadem Hippoliti Pantocii, ordin. Minor. ad Andream Grittum, Venetorum principem memorat Waddingus, loco laudato.

Io. Narssii *Gustauidos*, de bello Sueco-Austriaco, Libri III. Hamb. 1632. 4.

Wenceslai Clementis a Lybeo Monte *Gustavidos* Libri IX. quibus Gustavi II. magni Suecorum Regis victoriae resque per Germaniam gestae celebrantur. Lugd. Bat. 1632. 4. Laudat Antonius Walaeus T. 2. Opp. 511.

Nicodemi Frischlini *Hebreidos* Libri XII. Argentorati, 1599. 8. in parte Operum eius Epica.

Laurentii Burelli *Heliadem*, de Eliae, scilicet Carmelitarum Patriarchae, laudibus poëma, Vossius, aliique celebrant.

La *Henriade* de Mr. Arouet de Voltaire, chants X. de rebus Henrici IV. Galliae regis, poëma eximium, (*) inter alia auctoris poëmata saepius editum Parisiis, & Hagae Comitum 1728. 12. Anglice etiam redditum versibus, sed ἀρύθμοις, siue in similiter sonantes syllabas non

(*) Mihi tamen magis probatur iudicium *Petri Burmanni*, maioris, in *Praefat.* ad *Lucanum* *** 2. Non enim quaeritur de versibus, sed de natura & argumento carminis. (*Sax.*)

non desinentibus A. 1732. Londini, notisque Criticis et Historicis illustratum.

Io. Bidermanni *Herodiados* Libri III. Dilingae 1622. 12.

Jesuidem, sive Poëma de passione Iesu Christi Servatoris nostri. Scripsit Hieronymus Paludanus, de quo dixi in Biblioth. Lat. mediae aetatis. (*)

Ioannis Grammatici (*Tzetzae*, vt suspicor,) *Ilias* parva MSc. Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana, teste celeberr. Montfaucono, p. 17. *Diar. Ital.*

Iliadis paruae, pridem deperditae auctor Lesches Lesbius, cuius ab Horatio ridetur primus versus, qui ita se habebat:

Ἀείσω Πριάμειο τυχὰν, πολεμόν τε κλεεινόν·
Fortunam Priami cantabo, et nobile bellum.

vide *Salmasium* in *Solinum*, p. 601. et quae de hac Iliade notaui in Bibliotheca Graeca, Tom. I. p. 279. seq.

Joanneidem Fl. Cresconii Corippi Africani, quam in Italiae Casinensi monasterio superstitem memorat Cuspinianus in Caesaribus, nemo fuit hactenus, qui in lucem proferret. Eam in Budensi quoque fuisse Bibliotheca notat Christian. Daumius, Epistola ad Nic. Heinsium, Tom. V. Sylloges Burmannianae p. 217.

Nicolai Kmicic, Roxolani, S. I. *Iosephatidos* Libri III. de martyrio Josephati Kuncewicz, Archiepiscopi Polocensis, carmine heroico, Vilnae, 1627. 8. (**)

Laccipiadem de bello Granatensi per Ferdinandum Catholicum feliciter gesto vulgauit Henricus Chiffelius, Romae 1615. 8.

Petri Rossetti *Laurentiados* Libri II. cum aliis eius carminibus editi, Paris. 1517. 4.

Matthiae Casimiri Sarbievii S. I. *Lechiados* Libri XII. Sotwello

(*) Non memini quicquam de *Hieronymo Paludano* me legere, sed de *Hieronymo* de *Vallibus*, s. *Vallensi. Bibl. Med. Lat.* Tom. III. p. 742. (*Sax.*)

(**) *F. G. Freytagius* editionem A. 1628. laudat, qui quidem videndus est in *Analect. Litterariis*, p. 489. 490. (*Sax.*)

wello in Bibliotheca Jeſuitica p. 600. memorati non viderunt lucem.

Alberti Ines, S. I. *Lechias*, Ducum, Principum ac Regum Poloniae Elogia, Francof. 1680. 4.

La *Liliade* Françoiſe de Timothée de Chillac: Faſciculus liliorum, h. e. carminum Gallicorum varii argumenti, Lugd. 1605. 12.

Lotareis MS. Aemilii Peroti, Galli, defuncti A. 1556. de bello ſacro a Godefrido, et Principibus Lotharingicis ſuſcepto ad Hieroſolymae vrbis liberationem ad Franciſcum et Carolum, Principes Lotharingicos. v. Iac. Longi Bibliothecam Hiſtoricorum Galliae n 6942.

Luſiadum poëma regi Luſitanorum Sebaſtiano oblatum a Ludovico de Camoes, Poëta Luſitano, editumque Vlyſſippone 1572. ac poſtea alibi, et in varias tranſlatum linguas, et Latinam quoque. v. Antonium in Bibliotheca Hiſpanica T. 2. p. 21. et Menckenianam Bibliothecam virorum militia et ſcriptis illuſtrium, p. 117. ſeq.

Caeſaris Delphini, Phyſici Parmenſis *Mariados* Libri III. Venetiis 1537. 4.

Antonii Mariae de Auguſtis, Cremonenſis, & Pauli Musconii, Soncionatis, *Mariaden*, ſive poëma heroicum de vita & prodigiis B. Mariae Virginis, memorat Franciſc. Ariſius, in Cremona litterata, Tom. 2. p. 221.

La *Marineide*. vide infra *Murtoleide*.

Ludovico Cellotii, S. I. Andegauenſis, *Mauritiados*, Libri III. Flexiae 1628. 1638. 4. et Francof. 1654. 4. in Parnaſſo S. I.

Franciſci Plantae *Mauritiados*, de rebus geſtis *Io. Mauritii*, Ducis Naſſovii, Libri XII. Lugd. Bat. 1647. fol.

Gaspari Ens *Mauritiados* Libri Sex, non carmine, ſed proſa ſcripti ſunt de belli Belgici civilis cauſis, de natalibus, & victoriis Mauritii Naſſovii, Colon. 1612. 8.

